DISSERTATIO INAVGVRALIS

DE

IVRE COLONARIO SIVE PERPETVÆ COLONIÆ

Tam Emphyteuticæ, quàm Feudalis, Superficiariæ, Pa-ſcuorum, Lignandi, Colligendi ramos ex quercubus, Cortices tiliarum deglubendi, Cædendi perticas lupulum excipientes, Glandis legendæ, Nuces colligendi, Carbones conficiendi, Piſcandi, Venandi, Braxandi, Cereviſiam vendendi, Decimarum &c.

QVAM

IN NOVO IVLEO MAIORI

AD DIEM IX MAII

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

DEO OPT. MAX. FELICITER ANNVENTE

EX DECRETO ET AVTORITATE NOBILISSIMI ATQVE AMPLISSIMI IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS IN ILLVSTRI ACADEMIA JVLIA

PRAESIDE

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSVLTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO

DN. GEORGIO WERNERO, ICTO

PONTIFICII IVRIS ÈT FEVDALIS PROFESSORE ORDINARIO, FACVLTATIS SVÆ HODIE DECANO, GVELPHICI DICA-STERII ASSESSORE &c. DN. PRÆCEPTORE ET PROMOTORE SVO ÆTERNVM DEVENERANDO.

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS OBTINENDIS

PVBLICE DISQVIRENDAM EXHIBET

IUSTUS Hahn HILDESHEIMENS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

HELMESTADII,

Typis HENNINGI MVLLERI Anno cIↄ Iↄ c LIV.

Ampliſſimo Conſultiſſimo & Excellentiſſimo
VIRO

DN. HENRICO Hahn / ICTO,

Codicis in Illuſtri Iulia Profeſſori Ordinario, Facultatis Suæ Seniori, Dicaſterij Guelphici Aſſeſſori &c. Dn. Fratri, Præceptori, & promotori parentis inſtar æternum devenerando.

VT ET

Integerrimo Prudentiſſimoq; Viro

DN. LVDOLPHO Hahn / Civi

& Negotiatori apud Hildeſienſes primario, Fratri cariſſimo.

QVantopere leges noſtræ Iuſtinianeæ gratiam iis eſſe referendã efflagitent, qui benefici in nos fuere ac liberales, vel iis innoteſcit etiam, qui à limine ſaltim (ut loqui conſuevere) easdem ſalutarunt, primis legitimæ ſcientiæ elementis inſiſtentes. Saniores certè judices fuerint, qui utriq; Romani juris Codici, Iſagogico puta & conſtitutionum aliquandiu inſudarunt. Poſterior hic ſiquidem adeò abſterrere homines à contrahenda ingratitudinis macula allaborat, ut ſingularem quandam actionem, ingrati nuncupatam, in eos ſuppeditet, qui beneficiis & benignitate provocati in referenda gratia deſides fuere reperti, officijq; immemores. Nec rationem huic inſtituto defuiſſe lex 1 C. de Revocand. donat. ejuſdemq; tituli ultima abundè teſtatum faciunt. Qui enim, *inquit lex prima,* obſequijs ſuis liberalitatem provocaverunt, non ſunt digni qui eam retineant, cum cœperint obſequia negligere: cum magis in eos collata liberalitas ad obſequium eos inclinare deberet, quam ad inſolentiam erigere. *Iſagogici itidem libri, eos qui beneficia in ſe noverunt collocata, ad remunerandum*

dum naturaliter eſſe obligatos, diſertè fatentur, uti præmonſtrator omnibus eſt ICtus Vlpianus l.25.§.11.D.de hæred.petit. *Qualia equidem, ejusdemve argumenti innumera, aliunde etiam adduci ſolita, non potuere mentem meam non ſubire, hoc præſertim tempore, quod diſſertationi inaugulari in publicum emittendæ modò eſt deſtinatum.* *Quoad enim longiſſimè queo reſpicere ſpatium præteriti temporis, & adoleſcentiæ memoriam recordari ultimam, inde usq; repetens, Te video, Venerande Domine Frater, principem & autorem mihi ad ſuſcipienda humanitatis & literarum ſtudia extitiſſe. Cumq; aſperior fortunæ livor ea videretur denegaturus, quæ obtinendo fini adeſſe debebant, manus adjutrices à te mihi ſuppoſitas, plurimumq; benignitatis exhibitum, optimè recordor. Neque ita mihi ſubveniri obſcuro aliquo in loco contigit, ubi corpori ſaltem ut benè ſit, cura eſt, ſed liberalem & beneficum Te expertus ſum in Illuſtri hoc Muſarum domicilio, ad quod capeſſendi ingenij cultus ergo literatiſſimi homines indies concurrere aſſolent, quodve ob eximia veræ eruditionis lumina & ornamenta pridem orbis admiratur. Tantaq; conſtantia benivolentiæ huic adfuit, ut integrum ſeptennium, & quod excurrit, ea me proſequi etiamnum non pigeat. Innotuit tibi ſiquidem ex Tullij primo de officiis, optimè ſocietatem hominū & conjunctionem ſervari, ſi ut quisq; eſt conjunctiſſimus, ita benignitatis plurimum in eundem conferatur. Quare ex ſcholis, ut vocant, claſſicis accerſitus, ſeverum Te habui monitorem, ut non modò in addiſcendis linguis, cuivis ſapientiæ parti ſummopere neceſſariis operam utilem ulterius navarē, verum etiam Philoſophiæ Ariſtotelicæ diligentius paulò me dederem, quo de veris legum Romanarum fontibus eò rectiùs mihi aliquando conſtare poſſet. Quibus ſtudiis, cum iis quibus nunc incumbere datur aliquandiu præluſiſſem, vaſtiſſimum Iurisprudentiæ campum ingredi, Te monitore, placuit; in cujus decurſu quam mihi fueris adjutor primarius, utriq; noſtrum eſt notiſſimum. Nullo unquam tempore (veriſſimè loquor) Te acceſſi, graviſſimis quamvis negotiis obrutum, quin, qua es lenitate, blando ſermone informatum dimitteres:*

teres: nunquam librum quendam Te popoſci, quem ex bibliotheca tua, Noſtris æquè ac ICtis exteris egregiè adornata, petenti non ſuppeditaveris. Et licet hæc prolixè ita recitem, Iliada tamen nuci includere non immerito fortè videor. Quæ cum paulo altius repeto, utiq; ad ἀντίδωρα naturaliter me obligatum ſentio; cumq; ea quæ modo enumeravi omnia, non temeritate quadam, vel repentino animi impetu, ſed conſideratè conſtanterq; in me ſint collocata, majora quoq;, Tullio de officiis aſſertore, Tibi debebuntur. Mearum fateor, jam eſſet partium, imitari agros fertiles, multò plusquam acceperunt, reddentes, verum

—— —— Grates perſolvere dignas
Non opis eſt noſtræ.

Accipias igitur, Venerande Domine Frater, illud quod gratiſſima mente offertur ſpecimen, à Fratre Tui obſervantiſſimo, quiq; officia Tibi Tuisq; inſerviendi promptiſſima, paratiſſima defert. Ego Deum Immortalem ſupplex venerari non deſinam, ut quam diutiſſimè communis & rei literariæ bono Te clementiſſimè ſoſpitet, clementiſſimè ſervet:

Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis Themidos Coronæ,
Neve Te illuſtri Iuliæ Licæo
—— —— —— Ocyor aura
Tollat.

Tibi quoq; cariſſime Frater Ludolphe, non parum me obſtrictum novi, cum ope ſubſidioq; tuo ſæpius ſim ſublevatus & adjutus. Quod ut grato animo agnoſcere fas eſt, ita diſſertationem hanc gratæ mentis indicem nomini tuo inſcribere, & Fratrem Fratri jungere placuit. Dabam ex Muſæo in Illuſtr. ad Elm. Iul. d. 2. Maij χειροτονίας anno CIƆ IƆ C LIV.

DISSER-

I. N. D. N. I. C.

DISSERTATIONIS INAUGURALIS

DE

IURE COLONARIO SIVE PERPETUÆ COLONIÆ

Poſitio I.

OBligatio conductoris qua locatori aſtringitur, in eo maximè præ cæteris eiuſdem effectibus eſt conſpicua, quod ſub temporis præfiniti decurſum res locata una cum æſtimatione deſtructorum veniat reſtituenda l. 48. §. 1. D. l. 25. l. 34. C. locat. §. pen. I. eod. *abſq; ulla dominii aut proprietatis exceptione* d. l. 25. *cum contractu locationis & conductionis dominii translatio nulla facta cenſeatur* l. 39. D. locat. l. 17. C. de Agric. & cenſ. *Quod benè animadvertentes Romani abundè locatoribus hoc nomine proſpexere, præter civilem locati actionem* §. 1. Inſt. de locat. *pœnale quoque judicium ſuppeditantes, quo ad ſimilitudinem invaſoris alienæ poſſeſſionis, & rem locatam & æſtimationem inſuper eiuſmodi detentoribus extorquere conceſſum, textibus elegant.* l. 10. C. unde vi. l. 34. locat. Conditio conductoris.

II.

Licet autem firma juris diſpoſitione hæc ita ſeſe habeant; nihilominus experientia teſte indies reperiuntur, qui ad declinandam poſſeſſionis reſtitutionem iure perpetuæ coloniæ munire ſeſe nituntur, eiuſdem exceptionē petitoribus objicientes, Conſt. Elect. p. 2. conſt. 40. *ubi* Moller. Carpzov. Berlich. p. 2. concl. 48. n. 1. Caſp. Roder. de ann. & menſtr. reditib. l. 1. quæſt. 15. n. 50. Molin. tom. 2. diſp. 449. n. 5. pr. *Quod equidem perpetuæ coloniæ jus, cum iis, qui inter Noſtros maximè ſunt illu-* Exceptio juris perpetuæ colon.

illuſtres, ob utilitatem & praxin ſic ſatis frequentem valdè ſit laudatum, nec tamen ab ullo, quod ſciam, peculiariter congeſtum, hinc, cum aliquid more Academico ſcribendum eſſet, operæ pretium fieri ratus ſum, ſi undiq; conquiſitis iis, quæ ſparſim aliis materiis immiſcuere Doctores, ſub uno quaſi conſpectu naturam hujus juris exhiberem. Quò dum annitor, ne devius ſim, in enodandis prius verborum difficultatibus occupabor, rem ipſam ſuccincta methodo deinde ſubiuncturus.

III.

Ius ut hic ſumatur.

Et juris quidem vocabulum quot acceptiones ſortiatur ex l.11. D. de I.& I. *publicè notum eſt, ut meritò chartæ hìc parcam. Ego circa eam verſabor, quæ facultatem denotat legitimam ad aliquid conceſſam* arg pr. I. de I. & I. §.f. verb. jus ſuum detrahi I. de his, qui ſui vel al. jur.

IV.

Colonia.

Colonus.

Coloni perpetui ratione pœnæ.

Coloni adſcriptitii.

Originarii.

Cenſiti.

Coloniæ prædium eſt quod à colono poßidetur & colitur, l. 24. §. 4. D. locat. l.20. §. 3. de inſtr. vel inſtr. leg. *Colonus propriè dicitur qui agrum certa pecunia conductum colit, in eo ab inquilino diverſus* l.37. D. de acq. poſſ. *latè qui penſione quacunq; conductum habet* l.1.2.3. ſi ager vect. §.3. I. de locat. cond. *Iuxta has acceptiones varii generis colonos ex legibus noſtris inveſtigare licet & 1. quidem dantur coloni ratione pœnæ perpetui, illi ſcil. qui proſpera corporis valetudine haud deſtituti adverſam mendicitati ſuæ prætendunt, quales ad colonatum perpetuum illi addicuntur qui fucum detexerit* l un. C. de mendic. valid. lib.11. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. vol 5, deciſ. 78. n. 2. *2. Coloni dantur adſcriptitii, qui gratis aut interveniente pretio domino ſoli promiſere, ſe nunquam ſolo diſceſſuros, & annuos prædiorum proventus præter ſimplum & victum reddituros* l.23. l.15. C. de Agricol. lib.11. l. f. C. in quib. cauſ. colon. lib. 11. l.10. C. de re milit. lib.12. l.20. C. de Epiſc. & Cler. l. 112. de legat. 1. pr. *quales ut membra terrarum cenſentur pro rebus immobilibus, ſicut ipſa terra* l. 3. D de diverſ. temp præſcr. *de quibus haud ubivis obvia vide penes* Valaſcum q.37. n.3. de Iur. emphyt. Chriſtin. vol. 5. deciſ. 78. n. 12. *3. Reperire licet colonos qui dicuntur originarii, quod ab aſſcriptitiis prognati, eadem conditione ligentur* l.13. pr. C. de Agric. lib. 11. l. 21. l.23 C. eod. l. 5. 1. originarios ibid *ut eodem modo quo ſervi, hi coloni vel fiant vel naſcantur 4. Coloni ſunt cenſiti, qui cum aſſcriptitiis confunden-*

fundendi minimè ſunt, licet enim & hi, cenſitorum nomine veniant aliquando, id tamen abuſivè & latiori vocis huius ſignificationi aſcribendum. *Sortiti autem hi coloni cenſitorum nomen fuere, non uti perperam Interpp. nonnulli* in rubr. & ll. C. de Agricol. *exponunt, quod cenſum aliquem domino perſolvere teneantur, ſic enim omnes fere coloni cenſiti appellari mererentur, ſed quod una cum ipſo fundo, cui erant aſcripti, in libros cenſuales ſive cenſum publicum fuerint relati, & ita per ipſos tributi ſive cenſus perſolvendi obligatio aucta. vide de his* Alvar. Valaſc. q.32. n.5. de jur. emphyt. *Qui hodie hoc nomine veniant docet* Chriſtinæus vol.5. deciſ.87. n.8. 5. *Alii reperiuntur coloni colonariæ conditionis ſive coloni conditionales, quorum* in l. pen. C. de agric. & cenſ. *ex lege Anaſtaſiana fit mentio & dicuntur illi, qui prævia ſcriptura vel promiſſione de colendo agrum in perpetuum, 30. annorum ſpatio in conditione colonaria ſunt detenti; hi enim licet liberi permaneant, fiunt tamen una cum prognatis ex tanto temporis lapſu conditionis colonariæ; neq; terra illa derelicta in alia loca demigrandi facultatem amplius retinent. Et quamvis hi iidem videantur cum aſcriptitiis, diſtant tamen non uno modo,* Valaſc. q.37. n.13. *quo me brevitatis ſtudio refero.* 6. *Colonos alios vocant ſimplices, liberos ſcilicet homines, ad tempus fundi culturam conducentes, de quibus agitur* l.1. & ſeqq. C. de agric. *Et horum quidam parte fructuum aliqua percepta alienis arvis excolendis inſudant, coloni inde partiarii dicti* l.25. §.6. D. locat. *quidam verò ad propriam utilitatem fundum conducunt, certo tempori & penſioni adſtricti, quos propterea conductitios dixeris* Valaſc. d. quæſt.37. n.17. 7. *Habemus colonos qui agros colebant Imperatoris, Dominici inde dicti, ſive patrimoniales* l.7. C. ubi cauſ fiſcal. l.5. C. de agric. & manc. l.1. C. de præd. Tamiac. 8. *Dantur coloni ſuperficiarii, qui ea conditione aream conduxère, ut ſibi in ea ædificare liceat, & domum ubi libuerit, tollere.* Calvin. in lexic. voc. colonus. 9. *præter eos, quos modo retuli, cernere quoq; licet colonos reddentes, manentes, angarios, parangarios, recommendatos de quibus agit* Valaſc. d. q.37. n. 39. 10. *Iure quoq; noſtro integris titulis mentio fit Palæſtinorum, Thracenſium, Jllyricanorum &c. de quibus videri poteſt* Anthon. Perez *ad illos titulos, neque enim lexicographum hic agere mihi propoſitum.*

Coloni colonariæ conditionis.

Coloni ſimplices.

Coloni Dominici.

Coloni reddentes manentes &c.

V.

Varia hæc colonorum genera eum in finem afferre libuit, ut quanta am-

Differentia coloni no-

ſtri perpetui à recenſitis aliis.

ta ambiguitas in vocabulo coloniæ reſideat, eò melius innoteſceret: cum enim tot diverſi generis colonos numerare liceat, & coloniæ ita varient neceſſe eſt. Ab his tamen omnibus toto cœlo diſtat is, de quo impræſentiarum agere conſtitui, colonus perpetuus; cæteri ſiquidem prævia vel conventione vel delicto pro talibus reputandi, hic vero legitimi temporis decurſu jus aliquod in re ſibi acquiſivit. Recenſitorum etiam colonorum quidam; ii præſertim, qui ſimplicium nomine veniunt, certo tempori ſunt adſtricti, quo elapſo coloni eſſe deſinunt; noſter vero ob acquiſitum jus in re nullo unquam tempore removeri aut expelli poteſt. Mozz. de contr. loc. & cond. Tit. d. div. loc. n. 10. *Vincent. Caroc.* de locat. cond. p. 5. q. 10. n. 10. *præſcriptionis ſiquidem exceptio poſſidentem ipſum iuvat, quo minus condicenti reſtituere bona cogatur, ſcilicet quod per legitimum tempus canonem ſolvendo jus coloniæ perpetuæ præſcripſiſſe cenſeatur* Carpz. Iuriſpr. For. p. 2. conſt 40. def. 2. *Hoc enim ius curſu temporis quæſitum in dubio perpetuarium cenſendum eſt, cum natura ſua tale ſit* arg. l. 1. in pr. ubi Bald. D. ſi ager. vectig. *niſi aliud ſuadeat regionis conſuetudo, aut illius, qui pro domino recognoſcitur, conditio.* Menoch. l. 3. de præſumpt. 109. *ubi plures adducit.* Roderic. de ann. & menſtr. reditib. lib. 1. quæſt. 15. n. 55. *Vt ita juxta* Aloyſ. Ricciium collect. deciſ. p. 6. coll. 2446. *coloni perpetui rectè dicantur illi, qui ab antiquiſſimo tempore uniformem penſionem ſolventes fundos ſteriles cultura ſua fertiles reddiderunt, qui ipſi exinde facultatem habent, fundum quem poſſident, perpetuo colendi, qui & ipſe eadem ratione colonia perpetua dici conſuevit.*

VI.

Vocis perpetui acceptionis.

Reſtat exponendum vocabulum perpetui, quod ipſum licet in iure noſtro varias habeat acceptiones, ita ut modo vitam hominis l. 8. §. 3. D. de tranſact. l. 4. D. de procurat. *modò centum annos Bartol.* in l. ſi uſusfructus D. de uſufr. leg. in l. annua § Titia D. de ann. leg. *modò ſecundum ſubiectam materiam aliud tempus denotet.* Calvin. in lexic. voc. perpetui. *Nobis tamen ita non accipitur, verum ius perpetuæ coloniæ nihil aliud hic eſt, quam poteſtas prædium perpetuò & ſine temporis præfinitione colendi, hoc eſt, exercendi, curandi ad percipiendas inde utilitates, & ad heredes tranſmittendi* arg. l. 10. C. locat. l. 1. C. de offic. com. ſacr. palat. l. f. C. de locat. præd. civil.

VII. Con-

VII.

Conſideratum hoc modo ius perpetuæ Coloniæ accipi poterit duplíciter I. Impropriè & latißimè ſignificat quodcunq́, ius rem alienam perpetuò colendi ; quomodo interdum & ius coloni vel aliud, titulo aliquo pravio (etiam præſcriptione longiſſimi temporis aliove acquirendi modo interveniente) comparatum complectitur arg. dd. ll. junct. l. 1. D. ſi ager vect. §. Adeò I. de locat. cond. 2. F. 87. 1. F. 28. add. th. 26. *II. Propriè & ſtrictius quidem denotat ius colendæ rei alienæ, titulo nullo præcedente, uniformis canonis ſolutione, longißimo tempore quaſitum*, arg. l. ult. C. de fund. patrim. l. 2. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. th. 14. & ſeqq. *Latius autem accipitur pro quocunq́, iure, in re alterius, titulo nullo pravio per legitimi temporis poſſeßionem uniformi aliqua præſtatione acquiſito* arg. §. ſi quis 2. F. 26. th. 77. 97. 101. 117. *Et in hac acceptione definitum videbis ius perpetuæ coloniæ* à Cothm. v. 2. conſ. 79. n. 140. *Dici alias a Noſtris ſolet ius colonarium.*

Homonymia.

IIX.

Non tamen deeſſe videntur rationes, ex quibus reverà non, dari tale ius, concludere poßis. Nam 1. ex lege male agitur 2. C. de præſcriptionib. 30. vel 40. ann. *certum eſt, quod colonus nunquam præſcribat rem aliquam contra dominum, niſi interverterit eidem poſſeſſionem, & tamen interdum, imò plerunq́; perpetuò coloniæ iuri alſq́; eiuſmodi interverſione præſcribitur.* Bald. in d. l. malè agitur, *ubi conductorem hoc modo longißimo tempore præſcribere aſſerit.* Hieronym. Pantſchm. l. 1. quæſt. 22. n. 40. *ubi catervatim Dd. videbis citatos. 2. Quod colonus 30. vel 40. annos in colonia ſubſtiterit, ex mera voluntate & facultate utriuſq́, partis factum videtur; unde neq́, ex parte coloni, neq́, ex parte domini obligatio aliqua aut præſcriptio induci potuit: actus ſiquidem merè voluntarii præſcriptionem reſpuunt, cum ex iis poßeſſio non acquiratur* l. 26. D. de damn. inf. l. 1. §. 12 l. 21. de Aqua & Aq. pluv. l. 2. de via publ. & itin. publ. Innoc. in c. cum eccleſia Sutrina X. de cauſa poſſes. & propr. *& ex actib. voluntariis nullum oriatur præiudicium ei qui patitur aut agit* l. 12. C. de excuſ. tut. *3. Voluntas tacita eatenus præiudicat, quatenus factum extenditur, ex quo voluntas colligitur* l. 1. §. 6. D. de Itin. act. priv. *ubi Bart.* l. 3. 1. D. de oper. libert. l. f. C. Ne uxor pro mar. *Quare tacitus domini conſenſus, quòd colonus tanto tempore in colonia ſubſtiterit, eidem obeſſe non debet, ſed ad illud ſaltem tempus reſtringi*

Rationes jus perpetuæ colon. in ſpeciem deſtruentes.

quo in ſuo paſſus eſt colonum perſeverare. Patientia ſiquidem non egreditur ſuos terminos, & ideo ſi quis in emolumenta præterita conſenſerit, non eſt conſenſus ille extendendus ad futura 4. Actus tacitus difficilius extenditur quam expreſſus, gl. in Clem. ſæpe circa fin. in verb. partibus. de V. S. *quam ſequitur* Paul. de Caſtr. conſ. 65. l. 1. & in l. ſi convenerit D. de juriſd. omn. jud. Rom. conſ. 133. *unde cum expreſſa locatione ad annos 30. vel 40. facta, non præſcribatur iuri perpetua colonia, multo minus id procedet, ubi ſaltem de tacito conſenſu ſ. patientia conſtat. Vti enim expreſſa illa locatio ad certum tempus eſt reſtricta, ita etiam tacitus qui in noſtro iure intervenit conſenſus ad patientiæ terminos & non ultra fuerit extendendus, & per conſequens ſicut colonus expreſſæ locationis finito tempore poteſt expelli, ita quoq; colonus qui ex patientia domini talis eſt, removeri poterit quam primū dominus ipſum amplius pati recuſet. 5. Ius noſtrum deſtruere videtur* L. 4. §. f. D. de precar. *ubi qui precario ad tempus rogavit, finito tempore ſi ulterius rem ita rogatam retinet, etiamſi ulteriorem conceſſionem non impetravit, tamen precario poſſidere videtur. Intelligitur enim dominus cum patitur eū, qui precario rogaverit, ultra terminū præfinitū poſſidere, rurſus precario concedere, & per conſequens iuxta naturam precarii res venit reſtituenda. Idem ergo applicandum ad noſtrum colonum, qui & ipſe precariò aliquo modo & ex domini patientia poſſidere videtur. 6 Legib. noſtris omnia ad id referuntur, unde vim capiunt & originem* l. 11. §. 6. D. ad l. Falc. l. 8. D. mandat. l. 12. D. de SCto. Macedon. *iam ſi poſſeſſio coloni noſtri referatur ad originem, non tenuit ut colonus perpetuus, ſed ut temporalis, & eiuſmodi originem in poſſeſſione eſſe inſpiciendam* ex l. 6. D. de acq. poſſ. *planum eſt, qui textus fortè pro negativa validè aliquo modo & ſpecioſè allegatur. 7. Nemo poſſeſſionis cauſam mutare ſibi poteſt, nulla extrinſecus ſuperveniente mutandi cauſa* l. 19. §. 1. D. de Acq. poſſ. l. 33. §. 1. D. de uſurp. & uſuc. *ex quo rectè ſequi videtur, nec colonum qui ab initio temporalis erat, poſſe ſibimetipſi poſſeſſionis cauſam mutare, & coloniæ perpetuæ titulum detentioni ſuæ obducere. 8. In dubiis interpretatio fit ſecundum id quod veriſimilius eſt* l. 114. D. de R. I. c. in obſcuris de R. I. in 6. *Veriſimile autem eſt quod dominus liberalitate ſua & coloni gratitudine motus longiſſimo adeò tempore eundem fundo ſuo inhærere paſſus ſit, haud ipſum toleraturus, ſi ex eiuſmodi patientia ita ſe conſtringi ſciviſſet, ut removen-*

di in

di in poſterum facultas denegetur, cum nemo in dubio ſe ipſe ligare præſumatur. 9 *In contractu expreſſo ſtricta ſit interpretatio, & quicquid verbis non prolatum, omiſſum cenſetur* l. 99. D. de V. O. *multo magis actus tacitus ſtricte fuerit interpretandus, ut nemo cenſeatur in perpetuum obligari voluiſſe, & concedere quod repetere nequeat, cum in tacitis ſtrictius, ut modo dictum, procedatur, quam in expreſſis, & in dubio ita facienda interpretatio, ut quantum poſſibile minus quis obligetur* l. 110. §. 3. de R. I. l. 34. eod. 10. *probatio non eſſe debet impertinens ſed de neceſſitate concludere* l. 10. C. de probat. c. in præſentia x. eod. tit. *malè autem videtur inferri: Dominus paſſus eſt colonum in fundo ſuo 30. vel. 40. annos ſubſiſtere, E. eundem colonum perpetuum feciſſe cenſetur; cum ex titulo fortè præcedente tacita renovatio hic ſubeſſe poſſit, & in dubio etiam præſumi debeat, cum omnia ad originem & cauſam ſuam ſint referenda.* 11. *Præſcriptio 30. vel 40- annorum admodum eſt odioſa & in odium negligentis introducta, ſed quid culpa imputabitur domino qui non expulit colonum gratum & ſibi proficuum? Dices; cur non curavit coloniam recognoſci ut temporalem? verum illa renovatio non videtur fuiſſe neceſſaria, cum ex primo conceſſionis titulo de iure domini ſatis conſtet. Si a. colonus intervertéret forte domino poſſeſſionem quæſtionem dominii referens, tum demum negligentia hæc ipſi eſſet damnoſa.* 12. *In dubio illud præſumendum eſt, quod frequentius contingit,* Bald. conſ. 390. lib. 2. *cum frequentiora magis ſint veriſimilia: iam ſi per tempus legitimum ius coloniæ perpetuæ eſt quæſitum, dicendum fuerit, tacite celebratum contractum quendam colonarium ſive perpetuæ coloniæ. Talis autem contractus rariſſimus eſt, & contrahentibus incognitus, imò ICtis pro incerto habetur.* Bald. in c. 1. § aut ſi libellario. quib. mod. feud. amitt. in uſib. feud. Iaſon. in l. 1. verſ. Quis a. dicatur C. de Iur. emphyt. *Non eſt igitur præſumendum quod dominus recipiendo certam & uniformem penſionem inire voluerit contractum colonarium ſ. perpetuæ coloniæ, h. e. incertum, ſibiq; non adeo cognitum, ſed potius alium quempiam magis cognitum & affinem, id enim cenſetur quis voluiſſe, quod conſuetum eſt fieri* l. 31. §. 20. D. de Ædil. Edict. l. f. C. de fidejuſſ. *& validum eſſe argumentum à communiter evenientibus in præſumptionum & conjecturarum materia teſtatur* Bald. conſ. 70. l. 1. *vide omnino* Cravett. *de antiq. temp.* p. 4 n. 19. 13. *Quæ non apparent, non præſumuntur, ſed ex rebus revera, ita*

ra ita ſe habentibus iudicandum eſt; iam v. de contractu colonario in perpetuum non apparet, tum præſertim ſi dominus fundum ſuum vindicare velit. 14. In dubio partes cenſentur voluiſſe, quod utriq; eorum prodeſt, & neutri oneroſum l. 29. D. de ſolut. Bald. conſ. 343. lib. 1. *ſed neutrum obligari ex contractu colonario perpetuo & domino & colono minus oneroſum eſt. Hæc & ſimilia iuri noſtro deſtruendo ſic ſatis ſpecioſè inſervire poterant. Vide omnin.* Aim. Cravett. de antiq. temp. p. 4. n. 100. & ſeqq. *ubi abunde argumenta pro negativa nectit, ingenii, credo, exercendi gratia, cum in conſiliis contractum hunc rurſus approbet. Quid roboris hiſce inſit, & an ſtationem ſuam tueri poſſint, hic inquirere ſuperſedebo, anſam ad ea reſpondendi in ipſo conflictu expectaturus.*

IX.

Sedes & origo huius juris. *Interim revera eiusmodi ius exiſtere, & optima niti ratione, incognitum eſſe nequit principia introducta uſucapionis, nec non iuris in re conſtitutis, ex quibus originem ducit ius colonarium, probe attendentibus. Etſi enim ordinaria via actibus tantum voluntariis transferantur rerum dominia* §. 41. I. de R. D. *extra ordinem tamen ea interdum Lex ipſa adiicit, ne in incerto ſint, utq; litium finis exiſtat* l. 1. D. uſurp. & uſuc. l ult. pro ſuo, *bono publico exigente* d. l. 1. iunct. L. 5. D. de I. & I. *Quod certè per Legislatorem fieri poſſe dubium nullum eſt, cum ab eodem dependeat ſtatuere de rerum dominiis, quoties id expedit. Cumq; haud parum interſit, ut in republ. tranquillè vivatur, rationis eſt, eum qui legitimo tempore tenuit rem alienam, fore defendendum, nec propter turbas, quæ inde exiſtere ſolent, facilè movendas eſſe antiquas poſſeſſiones. Indeq; quod acquiſitioni huic deeſſe videbatur, quo minus voluntaria haberetur, Lex ſupplet, ſtatuendo, quod ex tanto temporis lapſu & titulus & bona fides ab initio interveniſſe præſumatur ac cæteroquin (& natura & tempore) diverſi actus (promiſſio ſc. conſtitutio & acquiſitio iurium) hic una concurriſſe ad formandum dominium cenſeantur. Qualia equidem factitata fuiſſe Romanis, iuſta ex cauſa quandoq; fictiones (ſive poſitivas, ſive privativas, ſive translativas) uſurpantibus, nemini legum noſtrarum rationes probè excutienti ignotum eſſe poteſt. Et hæc pro ratione politica eſſe poterunt, ne quis forte putet ius noſtrum legi* Non omnium 20. de Legib. *communi illo* (teſte Clariſſimo Steinberg diſp. ad illam legem) *ignorantiæ aſylo eſſe ſubnixum. Neq; etiam fundamentis civilibus planè deſtituitur, quæ arceſſere*

licebit

licebis ex l. 2. Male agitur l. 3. 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. l. f. C. de fundis patrimon. arg. §. ſi quis 2. F. 26. l. cum de in rem verſo D. de uſur. l. Legem. C. Locat. l. item quæritur §. qui impleto D. eodem, c. potuit X. eod. ubi gloſ. & Interpp. Balb. 1. p. 3. pr. q. 10. n. 35. Tiraquell. de preſcr. §. 1. gl. 4. v. 16. Ant. Gabr. comm. concl. tit. de præſcr. concl. 1. n. 18. Ferdinand. de Menchaca illuſtr. controv. c. 62. Gamm. Luſitan. deciſ. 149. n. 1. Menoch. 3. præſumpt. 109. n. 1. Mascard. de probat. concl. 337 1316. n. 6. & concl. 1320. n. 8. Caldas pereyra de renovat. emphyt. q. 15. & quæſt. for. l. 1. q. 11. n. 7. & de empt. vend. c. 7. Hondedæus 1. conſ. 85. a n. 10. Valaſc. de jur. emphyt. q. 20. n. 12. latè conſ. 192. per tot. ubi *diſputat an jus Coloniæ præſcribi poſſit*. Ludov. Molin. de I. & I. tom. 2. diſp. 449. n. 5. cum ſeqq. Caſpar. Roderic. de ann. & menſtr. redit. l. 1. q. 15. n. 51. *ubi latè ac eleganter &* l. 2. q. 22. n. 68. *cum* multis ſeqq. Card. Mantica de tacit. & amb. convent. l. 5. t. 15. n. 30. Ampliſſimus & Conſultiſſimus Dominus Frater, quem ob ſumma beneficia per integrum ſeptennium, & quod excurrit, liberaliſſimè mihi in Illuſtri hac Iulia exhibita parentis inſtar æternum devenerabor, obſervat. theor. pract. ad VVeſemb. part. 1. p. 653. n. 8. *ubi præcipua iuris huius requiſita & ampliſſimæ Facultatis Iuridicæ præjudicia eximia invenies.*

X.

Cùm autem voces iuris perpetuæ coloniæ ſatis in præcedentibus ab homonymia videantur liberatæ, quæq; præterea præmittenda fuere, expedita, neceſſarium jam fuerit definitionem ſubiungere, quam talem dabimus, ut ſit: ius in re aliena, ea perpetuo utendi legitimi temporis v. g. 30. 40. vel plurium etiam annorum poſſeſſione & uniformi aliqua præſtatione, titulo nullo prævio, acquiſitum. Genus ius eſt, (facultas, poteſtas) neq; ſimplex, ſed in re conſtitutum arg. §. ſi quis 2. F. 26. l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. *ideoq; omnibus iuris in re affectionibus & qualitatibus ſuffultum. Differentiam ſpecificam reliqua conſtituunt, quibus ius colonarium ad eiusmodi ſubiectum ex quo canon vel ſimilis aliqua præſtatio penditur, reſtringitur.* Quid ſit perpetua colonia.

XI.

Quia a. famoſior eſt ſtricta iuris noſtri ſignificatio, de ea primo Ius perpetuæ colo-

loco

niæ an pro *loco meritò agendum erit.* *Vbi ſtatim in limine occurrit quæſtio in ſtatu deſinitivo & præjudicialis, an præſcriptum jus perpetuæ coloniæ per canonis uniformis ſolutionem, pro emphyteutico, an v. pro cenſitico habendum ſit? cujus equidem quæſtionis egregia eſt utilitas, cum magni referat cenſualis ſit contractus, vel emphyteuticus.* *Emphyteuta ſiquidem per biennium vel triennium in canonis perſolutione ceſſans, jus ſuum amittit* l. 2. C. de jure emphyt. c. potuit. f. X. de locat. cond. *quod ſecus in cenſuario, licet per mille annos ſolvere ceſſaverit.* Ita gl. & Innoc. in c conſtitutus de relig. dom. Bart. in l. 1. ſ. 1. D. de publ. & vect. Valaſc. de jur. emph. q. 32. n. 30. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 106. n. 15. *ubi aſſertores vel ſexcentos adduxit.* *Deinde emphyteuta inconſulto domino alienando, jure ſuo cadit* t. t. C. de jur. emphyt. *haud tamen cenſuarius, cum in contractu cenſuario dominium tam directum quam utile, unà cum civili ac naturali poſſeſſione ſit tranſlatum, ita ut nihil juris remaneat penes concedentem, niſi exactio cenſus ſ. penſionis, quæ perſolvitur non in ſignum recognitionis, ſed in memoriam priſtini dominii, quod videlicet illa res fuerit aliquando in pleno dominio concedentis. Vnde vulgatum illud, quo dicunt, cenſum ſolvimus de re noſtra, penſionem v. de aliena, vide omnino hic* Valaſc. de jur emphyt. q. 32. n. 27. *ubi ad inſignes practicos provocat.* Menoch. d. l. 3. præſumpt. 106. n. 18. 19. 20. *Iam ut ad quæſtionem revertar, multos reperire licet aſſertores, quibus bona talia cenſitica potius quam emphyteutica videntur. Ita* Dan. Moller. ad conſtit. Saxon. p. 2. conſt. 30. n. 3. Menoch. d. l. 3. præſ. 106. n. 3. *cum infinitis aſſeclis, ubi etiam opinionem hanc pro communi venditat.* *Sententiam ſuam ſtabilire nituntur* 1. c. conſtitutus X. de Relig. dom. l. ſemper in ſtipul. D. de R. I. *quod ſc. in dubio minimum ſit ſequendum; quoad recipientem autem minoris præjudicii ſit cenſus, quam emphyteuſis, quæ ſervitutis quandam præ ſeſe ferat ſpeciem.* Menoch. d. l. n. 4. 5. *2. Quod contractus ita ſint interpretandi, ut res facilius ad ſuam naturam redeat, conſolidationem puta dominii utilis cum directo: id quod in contractu cenſitico manifeſtè evenit. 3. Quod pro poſſeſſore præſumptio juris militet, bona nempe eſſe cenſitica, & ideò tamdiu ipſi relinquenda, donec actor emphyteutica ea probaverit.* Carpzov. Iurispr. For. p. 2. conſt. 39. n. 8. Card. Tuſch. tom. 3. pract. concl. l. E. concl. 192. n. 175. Berlich. p. 2. concl. 47. n. 18. *ubi copioſè haud poſtremi nominis ICtos*

emphyteutico vel cenſitico habendum ſit.

dis ICtos allegat, & laudato modo Carpzovio in aſſertione aquè ac verbis praiviſſe videtur n. 19. & 21. 4. *Emphyteuſis ad ſui eſſentiam ſcripturam videtur requirere* l. 1. C. de jur. emphyt. ubi Dd. *Quando v. ſcriptura ad eſſentiam actus eiuve ſolennitatem requiritur, non videtur praſcriptioni eſſe locus, & per conſequens bona talia emphyteuticorum nomine haud venient.* Felin. in c. ſicut olim de re jud. Ruin. conſ. 99. l. 1. v. ſecundo reſpondetur. & conſ. 49. n. 9. l. 4. Valaſc. de jur. emphyt. q. 7. n. 2.

XII.

Quamvis autem hæc in conſtitutione & conceſſione bonorum inter vivos facta ita ſeſe habeant, & rectè ita contra dominum qui clarius non dixerit, interpretatio pro cenſiticis fiat l. 39. D. de pact. *nostro tamen caſu quo circa praſcriptionem verſamur, aliter dijudicandum, unde rectè contrarium ſtatuunt* Berlich. p. 2. concl. 48. n. 9. Carpz. Iurispr. For. p. 2. conſt. 40. def 4. per tot. Hieron. Schiurf. cent. 1. conſ. 58. n. 3. Erneſt. Cothm. vol. 2. conſ. 79. n. 200. *praſcriptio ſiquidem cum odioſa ſit, extenſionem ſeu latam interpretationem non admittit, & ideo ſtrictè accipienda de eo ſolummodo quod illi juri, contra quod praſcribitur, proximè convenit, ad aliud v. quod longius diſtat, non extendenda. vide* Ioh. Franc. Balbum de præſcr. p. m. 47. n. 11. *In noſtra jam materia contra locationem praſcribitur, quare ex modo dictis præſcriptio ſtrictè erit accipienda, de eo tantum jure quod locationi ſimillimum, nihil autem magis ei affine quam emphyteuſis* §. Adeò I de locat. cond. ubi Schneid. & Dd. comm. *unde hæc rectè praſumitur. Quoties etiam unus idemq́ actus recipere poteſt alienationem & non alienationem, nunquam praſumitur alienatio, qua contractui cenſuario ſubeſt, uti ſupra dictum vide gl. & interpretes* in l. 2. C. de jur. emphyt. l. malè agitur. l. omnes. l. comperit. l. cum notiſſimi C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Venerandum Dn. Fratrem Obſ. theor. pr. p. 2. p. 823. *verb. ita ut bona non pro locatis ſed pro emphyteuticis habeantur, & ead. pag.* Das ſie alsdann ihr *jus perpetuæ coloniæ* oder *Emphyteuticum* damit gnugſamb erwieſen. Modeſt. Piſtor. conſ 7. n. 16. v. und darumb wann man das *initium contractus* nicht weiß/ noch wie lang die *locatio* angeſtellet/ und man findet/ daß über Rechtsverwehrte Zeit allweg ein gleichformiger gewiſſer Zins gegeben/ ſo vermuhtet man daß

Acquiſita jure perpetuæ coloniæ bona pro emphyt. reputanda.

es ein

eſt ein emphyteuſis ſey. *Iung. omnino* Hieronym. Schurff. d. cent. 1. conſ. 58. *ut vero emphyteuſis ita præſumatur, requiritur, ut colonus uniformem canonem illis annis ſolverit, non per vices maiorem vel minorem. De quo tamen requiſito infra agam prolixius.*

XIII.

Reſpond. ad obiectiones.

Argumenta th. 11. *in contrarium adducta, cum parum habeant roboris, facilè convelli poſſunt. Præter id enim, quod circa præſcriptionem hic verſer, quæ, ut ante dictum, laxiorem interpretationem reſpuit, ad primum contrariæ opinionis fundamentum ita poterit reſponderi; capitulum ſc.* conſtitutus x. de Religioſ. domib. *nihil probare, & ædipus ſit, neceſſe eſt, qui illud inde evincat, uti cuilibet inſpicienti patet, & rectè animadvertit* Everhard. cent. legal. a loco ab emphyteuſi ad cenſum n. 5. *Lex itidem* Semper in ſtipulat. 34. de R. I. *noſtram potius ſententiam confirmare videtur; nihil enim aliud vult, niſi id quod minimum, h. e. benignius eſt & æquius, in quavis re obſcura eſſe amplectendum. Iam v. ex* l. 41. §. 1. eod. tit. *benignius eſt, favere potius repetitioni quam adventitio lucro. E. illud quoq; ſequendum. Favetur a. noſtro caſu repetenti, ſi quod ex patrimonio ipſi abeſt, directum nempe dominium, & quæ id ſequuntur commoda reſtituantur, quod fiet bona emphyteutica eſſe pronunciando. vide* Clariſſimum Dn. Ioh. Eichel. Præceptorem & Amicum meum pl. colendum comment. ad R. I. p. 100. *Deinde in dubio ſequimur veriſimilius* l. 114. de R. I. *veriſimilius autem eſt, colonum non fuiſſe toleratum tamdiu in colonia ut cenſitam, ſic enim translatio tam utilis quam directi domini præſumeretur, & per conſequens donatio, contra* l. 25. pr. D. de probat. *unde pronunciandum potius, tanto temporis decurſu ipſum factum emphyteutam. Ad 2. Reſponderi poterit, quod pro conſolidatione interpretatio quidem facienda, verum ita ut nihil iniuſti inde reſultet. Iniquitatem a. interpretationi, ſi fiat pro cenſiticis, ſubeſſe, ex paulo ante dictis ſatis conſtare poterit. 3. Quod pro poſſeſſore iuris præſumptio militet bona eſſe cenſitica, expreſſè falſum eſt, cum ſic contra iura donatio præſumeretur. Quod 4 deniq; & ultimo loco dicitur, deficiente ſcriptura emphyteuſin non ſubſiſtere, dudum exploſum eſt, tum quod conſtet contractum hunc conſenſualem eſſe,* arg. l. 4. de pignor. *tum quod ex omiſſione ſcripturæ non vitietur* l. 3. C. d.

jur.

jur. emphyt. N. 120. c. 1. *tum quod præſcriptione, atq; ita ſine ſcriptura acquiri poſſit. Vide* Venerand. Dn. Fratrem obſerv. theor. pract. ad VVeſemb. t. ſi ager. vectigal. p 410. *ubi illud argumentum* ex l. 1. C. de jur. emphyt. ib. ſcriptura interveniente. *objici ſolitum, ſolidè removet.* Add. Rodericum de ann. & menſtr. red. l. 1. q. 15. n. 57. Perez. ad tit. de jur. emphyt. n. 2. *Omnino* Henr. Zoeſium ad Dig. t. locati n. 62.

XIV,

Quin ergo per modo præfata ius noſtrum colonarium rectè dicatur emphyteuticum, nemo niſi ſuffenus dubitaverit. Cavendũ tamen, ne illud non modo cum iure cenſitico, ut hactenus diſputatum, verum etiam perpetuario ſtrictè ſic dicto, cuius meminit l. 1. C. de off. com. ſacr. pal. l. 12. C. de fund. patr. *confundas, quod eorum qui non ſunt domini, neq; mancipia manumittere poſſunt, licet iuris ſui alienandi facultatem habeant. Add.* Anth. Perez. ad t. C. de fund. patrim. n. 45. *Nec leviter quoq; impinges, ſi pro noſtro iure obtrudi tibi patiaris illud ius colonarium quod* in l. 24. C. de SS. eccl. N. 7. præf. §. 1. *extat. Illud ſiquidem prælegente* Venerando Dn. Fratre *ad illum titul. eſt, quando quis callidè emit rem eccleſiæ (præſtantem certas penſiones) perpetuo, ſub penſionibus quidem, interim verò penſiones (quas prætendit de proprio ſe dare) inde ſolvat ſolito minores. Budæo dicitur accolatus. Vid.* Venerand. Dn. Fratr. diſput. ad Cod. VII. th. 88. *ubi opinionem Gothofredi ius libellarium interpretantis reprobat.*

Emphyteuticum licet ſit jus perpetuæ coloniæ, differt tamen à perpetuario l. 1. C. de off. com. ſacr. palat. & colonario l. 24. C. de SS eccl.

XV.

Diviſio iuris colonarii cum emphyteuſi communis hæc erit, quod civile aliud ſit, aliud eccleſiaſticum; cuius equidem diviſionis fundamentum in eo fuerit repoſitum, quod, uti in ſequentibus elucescet, non modo in bonis ſeculo annexis, verum etiam eccleſiaſticis eiuſmodi ius temporis decurſu poſſit acquiri. Unde perpetua colonia civilis illa fuerit, quæ in bonis ſecularibus, principis puta, civitatis, collegii alicuius, vel etiam privatorum, tempore legitimo eſt acquiſita. Eccleſiaſtica, quando in bonis ad eccleſiam ſpectantibus eiuſmodi ius præſcriptione comparatum. Quamvis enim perpetuæ coloniæ ius in rebus ſacris quaſitum prorſus damnet Hondedeus Ictus Italus vol. 1. part. 5. conſult. 91. n. 38. *in eo tamen aſſerendo ſine omni dubio falſus eſt, uti deinceps prolixius exponam.*

Diviſio jur. colonarii.

 XVI, Ha-

Natura hujus jur. in quib. conſiſtat.

XVI.

Hactenus præcipuè in generalibus, & iuxta th. 2. *difficultatibus verborum maximam partem fui occupatus, ſuadente iam methodo ad ipſam iuris noſtri naturam provehamur neceſſe eſt. Eam v.* argum. l. f. D. de legib. *in tribus maximè habebimus conſpicuam, Acquiſitione ſc. conſervatione & amiſſione.*

Acquiſitio quæ requiſat.

XVII.

Circa tria hæc ſumma capita penitius jam nobis diſpiciendum, & primum quidem quantum attinet, tria nobis itidem ſeſe offerunt conſideranda 1. quæ perſonæ, 2. quarum rerum & 3. quomodo ius coloniæ perpetuæ acquirere valeant.

Perſonæ concedentes.

XVIII.

Perſonæ ſunt vel concedentes vel acquirentes. Concedentes eas dicimus, contra quas præſcribitur. arg. l. 28. D. de V. S. *qui enim iuxta illum textum patitur uſucapi, alienare, & noſtro caſu concedere ſive conſtituere videtur. Quamvis enim in hac conceſſione expreſſus conſenſus non interveniat, notum tamen eſt, ex tacito domini & poſſidentis conſenſu ius noſtrum poſſe conſtitui.* VVeſemb. ad tit. ſi ager. vect. n. 3. per l. 20. pr. C. de agric. & cenſ. l. f. C. de fund. patr. *Quod cum ita ſit, ut juris noſtri acquiſitio tacitum domini conſenſum requirat, deq́ eo ex repetito ſæpius canone haud obſcurè conſtet, rectè dixeris, contra eos hoc jus poſſe præſcribi, quibus conſtituendæ emphyteuſeos facultas iure noſtro non eſt præciſa. Tales a. generaliter loquendo ſunt veri domini, liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, & plenam circa eas diſponendi facultatem habentes* l. 21. C. mandati. l. Non debet D. de R. I. §. Adeo I. de locat. cond. l. 2. l. 3. C. de jur. emphyt. *ubi ſemper domini fit mentio, unde colligere licet, neminem niſi dominum tale ius poſſe concedere, neq́ etiam noſtro caſu contra alium quam verum dominum ius coloniæ perpetuæ præſcribi.*

Quæ perſonæ à præſumpta hac cõceſſione arceantur.

XIX.

Hinc removentur & ius coloniæ perpetuæ concedere nequeunt Syndici, procuratores, curatores, quatenus tales, earum rerum reſpectu quas adminiſtrant. Licet enim & hos leges noſtræ dominos pronuncient l. 7. §. ſi tutor. 3. D. pro Emptor. l. 27. D. de adminiſt. tut. *illud tamen fit minus propriè, & ratione ſaltem adminiſtrationis, cum alibi vice ſaltem domini indigitentur* l. 11. §. 6. D. Quod vi aut clam, *2. infantes, licet enim hi quoad actum primum rectè domini dicantur,*

requir

requiritur tamen præterea ad conceſſionem noſtri iuris patientia, ſive tacitus domini conſenſus, quē infanti fruſtra aſſcripſeris l.1 verſ. impuberes. C. de falſ. monet. §. 9. I. de inutil. ſtipul. 3. *pupilli, hi ſiquidem ne uſumfructum quidem cum effectu alteri poſſunt conſtituere* l.3. §. 5. D. de reb. eor. qui ſub. tutel *quare multo minus colono noſtro conſenſum ſuum accommodare poterunt, cum plus iuris in hunc, quam uſufructuarium transferatur.* *De minoribus fortè* per l. 3. C. de præſcr. 30. vel. 40. ann. (verb. ſed pupillari duntaxat ætate huic eximenda ſanctioni) *idem aſſerere minus rectè licebit, ſi tamen libera rerum ſuarum adminiſtratione gaudeant. Vide ſis* Anthon. Perez. ad t. in quib. cauſ. reſt. in integr. non eſt neceſſ. n. 5. 6. 4. *Ob morbum corporis fruſtra hic eſt mutus & ſurdus, utroq; tamen vitio ab ipſo natalitio laborans; rationem hanc dixeris, quod intellectu deſtituatur, & colono præſcribenti abſq; curatoris auctoritate tacitè conſentire nequeat.* 5. *Propter uſum rationis corruptum arcentur hinc furioſus & prodigus, cum nulla eorum voluntas ſit* l. 40. D. de R. I. *nullum ſui adminiſtrandi bona* t. t. C. de curat. furios & aliis extr. min. dand. *imo quieſcentium ſ. abſentium habeantur loco* l. 2. §. 3. D. de codicill. 6. *Ob ſtatū filiusfam. hoc ius concedere non poterit, quod tamen ad peculia profectitia & adventitia, non v. caſtrenſia vel qs. fuerit reſtringendum.* *Rationes hic afferre ſupervacaneum videtur, cum publicè nota ſint.*

XX.

Pro perſonis acquirentibus eas habebimus quæ ad poſſidendum & præſcribendum ſunt habiles, quiq; iure noſtro non reperiuntur excluſi. Primo a. ratione delicti hinc arcentur à Catholicæ religionis tramite devii ſive hæretici. His ſiquidem cum l. 4. §. 3. C. de Hæret. *omnis contrahendi facultas ſit adempta, merito quoq; à noſtro negotio exulant. Secundò ratione officii perpetui coloni fieri nequeunt, officiis publicis præpoſiti, ſi ſcil. hæc acquiſitio adminiſtrationis negligentiam inducat. Eadem quoq; ratione minus idonei hic ſunt milites* l, *cum ſolis debeant utilitatibus publicis occupari, nec agrorum cultui inſudare* l. 15. C. de Re milit. 3. *Ratione tituli removendus eſt qui precariò poſſidet, vel conduxit* l. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. l. 4. §. 4. D. de precar *vide* Perez ad t. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. n. 13. *Alias perſonas huc non pertinentes recenſebo* th. 32. *ubi de poſſeſſione egero.* Perſonæ acquirentes.

D

XXI. De

Res in quib. jus noſtrum acquiratur.

De perſonis hactenus. Res in quibus noſtrum jus acquiri ſolet, immobiles ſunt, ſive ſoli, mobilibus excluſis. In his ſiquidem vix eſſe putant, ut utile dominium à directo ſecernatur Sylveſt. in ſumm. verb. emphyteuſis col. 2. verſ. tertio quod conſiſtat. Andr. de Iſern, cap. 1. ſi de feud. Vaſall. ab aliq. interpell. fuer. Afflictus cap. *1. §.* ſciendum, de feudis n. 3, verſ. ſed quæ eſt ratio. *Sed iſta ratio minus forte fuerit ſufficiens, ſi enim iuxta Dd. duplex eſt rerum corporalium dominium, directum & utile, nihil video obſtaculi, quare utrumq; in rebus mobilibus aquè ac immobilibus non poſſit dari. Fortiorem ergo dixeris, quod res mobiles vix ſuſtineant tanti temporis perpetuitatem quam immobiles, quodve in iis non detur cultura & melioratio, quarum ratione ius emphyteuticum & per conſequens perpetua coloniæ ſpecialiter inductum. Vide* Alvar. Valaſc. de jur. emphyt. quæſt. 12. n. 11. per tot. *Sed nec quævis res immobilis materiam huic coloniæ præbet, niſi fundus duntaxat prædiumq; ruſticum.* arg. rubr. D. ſi ager. vect. &c. *Hinc eſt quod leges huc pertinentes paſſim fundorum ac prædiorum faciant mentionem* l. 1. pr. & *§.* 1. D. d. t. l. *16. §.* 2. de pign. act. l. 2. C. de præſcr. 30, vel 40. ann. l. f. C. de fund. patrim. *Vrbana tamen prædia interdũ noſtri iuris obiecta eſſe ex* N. 7. c. 3. *§.* ſcire N. 120. c. 1. *§.* 3. conſtat. *Uſus etiam id docet, vel hic, exemplo cœnobii ad D. Ludgeri, quod in pleriſq; ſuburbii occidentalis & in multis oppidi huius ædibus emphyteuſin habet*, Venerand. Dn. Frater. obſ. theor. pract. p. 1. ad tit. ſi ager. vect. n. 3. p. 409. ſub fin, Valaſc. de jur. emphyt. q. 12. n. 4.

XXII.

An in rebus eccleſiæ acquiratur.

In rebus eccleſiæ an ius coloniæ perpetuæ poſſit acquiri quæſtionis eſt? Negat hoc Hondedæus vol. 1. p. 5. n. 38. *cuius verba, cum rarius Autor extet, tranſſcribere huc lubuit: Cum igitur, inquit, bonorum eccleſiæ perpetua locatio prohibeatur, non eſt dicendum ex curſu longiſſimi temporis probari ius perpetuæ coloniæ, quia opinio Baldi & Angeli procedit in bonis privati, quæ in perpetuum locari poſſunt, non in bonis eccleſiæ ſeu aliis quorum perpetua locatio prohibetur. Ex longo quidem tempore tunc probaretur perpetua conceſſio, ſi bona concedi potuiſſent perpetuò; ſed quando bona ſunt huiuſmodi, quæ in perpetuum concedi non valeant, hinc titulus qui probatur ex diuturnitate temporis, &*

tis, & qui aliàs acquireretur ex præſcriptione, non eſt perpetuus, ſed extenditur quatenus ex pacto concedi potuiſſet & non ultra. Eandem quoq; opinionem in effectu fovere videtur. Molin. tom. 2. diſp. 449. n. 6. *ubi ita inquit, neſcio tamen an in emphyteuſi eccleſiaſtica hac locum habeant. Etenim ad eam non ſufficit ſola conventio, ſed ſimul ſcriptura publica ad illam requiritur, tanquam de ſubſtantia eius contractus. Licet autem ex continua & uniformi illa ſolutione penſionis dicamus ius præſumere interveniſſe pactum, non tamen præſumit interveniſſe ſcripturam, neq; ſane eſt, cur id rationabiliter præſumat. Quod ſi iam, ut ille opinatur, de ſubſtantia eccleſiaſtica emphyteuſeos eſt ſcriptura, nunquam illa abeſſe poterit, & per conſequens nec iuri perpetuæ coloniæ locus in talibus bonis relinquetur. Hæc illi, quibus diſerti textus reclamare videntur,* auth. perpetua C. de SS. Eccl. N. 120. c. 1. circa fin. & c. 6. N. 7. c. 3. *ex quibus erronea hæc aſſertio facilè cum ſuperſtructis collabaſcit. Vide* Venerand. Dn. Fratr. diſp. 7. ad Cod. th. 14. & ſeqq. Tuſch. Card. tom. 3. l. E. concl. 228.

XXIII.

Diverſum tamen fortè obtinet, quando eiuſmodi eccleſiaſtica prædia ad peculiarem Abbatum ſuſtentationem Eccleſiæq; ſedimina eſſent deſtinata, tum enim abſq; ſummi Pontificis licentia neq; alienari, neq; in emphyteuſin dari poſſunt, hinc nec titulus præſumptus 10. 30. vel 40. annorum ſufficiet, ut ſe poſſit tueri adverſus dominum directum qui illa poſſidet. Cum enim titulus expreſſus ſcriptura publica ſuffultus ad earundem alienationem non ſufficiat abſq; ſummi Pontificis conſenſu, multò minus præſumptus hic quicquam operabitur c. un. Extrav. comm. de reb. eccleſ. non alien. Ludovv. Molin. de I. & I. tom. 2 diſp. 449. n. 7. Et quando

XXIV.

Quando ergo bona eccleſiaſtica ut emphyteuta per legitimum tempus quis poſſedit, uniformem canonem inde ſolvendo, præſumi equidem volunt emphyteuſin, verum non perpetuam, ſed ad tertiam uſq; generationem, nec ad extraneos heredes tranſitoriam, cum hæc natura ſit emphyteuſeos eccleſiaſticæ, quod nec ad extraneos heredes nec ultra tertiam generationem tranſeat N 7. §. Emphyteuſin N. 120. c. 1. *Ergo præſumpta quoq; talis fuerit, præſcriptio ſiquidem eam naturam imitatur, quam res ipſa habet.* Bald. c. 1. §. final. de feud. dat. in vicem. Ius perpetuæ coloniæ in bon eccl. quousq; præſumatur.

legis

legis commiſſ. n. 2. Iaſon. l. 2. n. 116. & ſeq. C. de jure emphyt. Covarruv. lib. 2. variar. cap. 17. n. 6. Menoch. l. 3. præſumpt. 109. in fin. *ubi plurimas autoritates congeſſit*, Gregor. in l. 28. gloſ. verbo O de Sus hærederos in fin. tit. 8. part. 5. *qui in ea eſt ſententia, emphyteuſin eccleſiæ intelligi præſcriptam ad vitam præſcribentis, allegans* Angel. in l. 2. C. de jur. emphyt. *ex hac ratione, quod quando non apparet de conſuetudine concedentis, nec regionis, præſumatur emphyteuſis ad vitam ſolventis, & ita quod minimum eſt* l. 34. D. de R. I. *vide* Caſp. Rodericum de ann. & menſtr. reditib. l. 1. quæſt. 15. n. 52. *Verum non attentis neq; Novellis illis, neq; etiam Doctorum teſtimoniis, dicendum arbitror, emphyteuſin eccleſiaſticam in perpetuum poſſe concedi, eodemve modo præſcribi, quando nempe cauſa ſubſit, eaq; adhibita ſolennitas, quam iura præſcribunt, cum hac in parte canones ſequamur affirmativæ ſubſcribentes. vide* Henr. Zoëſium. comment. ad Dig. t. locat. n. 65. *ubi ad obiectiones reſpondet.*

XXV.

Bona locata num objectum perpetuæ coloniæ.

De bonis locatis, von Laßgütern/ *acriter inter ſe Doctores digladiantur, an obiectum noſtri contractus eſſe queant. Affirmativam tuentur,* Bald. in l. malè agitur 2. C. præſcr. 30. vel 30. ann. n. 4. v. ſi verò conductio fuit ad modicum tempus facta. Bartol. Iacob. de Arena, Cyn. Salyc. ead. l. malè agitur. l. omnes l. cum notiſſimi. l. comperit C. eod. Ioh. de Imola in c. potuit n. 44. X. de locat. Franc. Aretinus conſ. 55. n, 33. & ſeqq. Auguſt. Beroius conſ. 131. n. 3. vol. 1. Hieron. Panſchman. lib. 1. quæſt. 22. n. 40. *Hancq; pro communi venditat* Iaſon. l. 2. n. 155. C. de jur. emphyt. *Aſſertionem hanc ſuam fortè inde probabunt 1. quod longiſſimi temporis poſſeſſio ius in re tribuat, uti in feudo* §. ſi quis per 30. 2. F. 26. *emphyteuſi* l. f. C. de jur. emphyt. *ſuperficie* l. 1. & t. t. D. de ſuperfic. *conſpicuum eſt. Deinde actionibus perſonalibus cuiuſmodi locati conducti eſt, triginta annis regulariter præſcribatur,* l. 3. 4. 6. 7. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Vincent. Caroc. de locat. conduct. p. 5. quæſt. 19. n. 6. 3. *ex* l. f. C. de alluv. & pal. *ubi dicitur, non eſſe æquum, eum excludi, cuius opera atq; impenſis maiorumq; ſuorum ad culturam redacta ſunt prædia. Cui concinit* c. ad aures X. de reb. eccleſ. non alien. Molin. tom. 2. diſp. 449. n. 11.

XXVI. Con-

Contrariam tamen ſententiam, conductorem ſcil. per triginta, imò per centum aut mille annos canonem ſolventem præſcriptione nequaquam ſe tueri poſſe, rectè defendunt alii, Modeſt. Piſtor. vol.1. conſil.7. verb. dann es iſt zu recht klärlich verſehen / das die *conductores alienorũ bonorum* weder in 30 40 noch auch in mehr Jahren nicht *præſcribiren* können l. 2. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. juxta quam nec poſſeſſores appellandi, qui ita tenent, ut ob hoc ipſum ſolitam præſtent mercedem. Card. Tuſch. tom. 3. l. E. concl. 228. n. 21. Molin. de I. & I. tom. 2. diſp. 449. n. 9. verb. *Quicquid autem Baldus & quidam alii dixerint, procul dubio eſt dicendum, ſi conſtat, à principio colonum & non emphyteutam fuiſſe, accepiſſeq́ conductum prædium ſub certa annua penſione, eſto ita perſeveraverit quadraginta aut pluribus annis, prædium per ſe, aut per ſuos ſucceſſores colendo, ac ſolvendo annuam uniformem penſionem, nihil omnino præſcripſiſſe, ac proinde tueri ſe non poſſe, ſed poſſe expelli ab eo, à quo prædium colendum accepit, aut quavis alia ratione conductum.* Venerand. Dn. Fratr. obſ. theor. pr. tit. Locat. n. 8. p. 654. *Ubi hanc aſſertionem eleganti præiudicio confirmat, verb.* Auch ſelbige Güter nicht *in qualitate emphyteuſeos*, oder immerhin zugebrauchen / ſo lang ein jährlicher *canon* davon entrichtet würde / ſondern bereits vor dieſem auff gewiſſe Jahr vnd *penſion* oder *mercedem*, ſo meiſt *in pecunia numerata* beſtehet / dergeſtalt rc. außgethan / das der Inhaber davon die bewilligte Jahr über rc. davon geben ſolle rc. So iſt gemelte *conventio* vnſers rechtlichen ermeſſens kein *emphyteuſis*, noch *contractus perpetuæ coloniæ*, ſondern *locationi conductioni* am ehnligſten vnd dafür zu achten. Berlich. concl. 48. n. 4. p. 2. Erneſtus Cothman. vol 2. reſp. 79. n. 113. *ubi aſſertores vel ſexcentos recenſet. Recepta quoq́, hæc ſententia eſt collegiis Iuridicis & Scabinatibus Saxonicis, publica Electorali ſanctione approbata* p. 2. conſt. 40 verb. Wann aber der Kläger ſo viel dargethan vnd erwieſen / das ſolche Güter / die er vor Laßgüter angiebt / anfänglich von jhme oder ſeinen vorfahren / vmb einen gewiſſen Zinß auff etliche Jahr alleine mietweiſe / vnd alſo als ein Laßgut eingethan / vnd das auff ſolchen anfang vnd *contract* der beſitzer fort vnd fort dreiſſig oder mehr Jahr dabey gelaſſen / ſo haben in einem ſolchen fall vnſere verordnete geſchloſſen / daß der Beſitzer das Gut dem

Negativa defenditur

Herrn abzutreten ſchüldig ſey / vnd könne ſich mit der verjährung nicht behelffen. *vide* Carpzov. *dictam conſtitutionem explicantem & prajudiciis illuſtrantem* p. 2. conſt 40. defin. 2. Erneſt. Cothm. dict. reſp. 79. n. 117. *ubi ſecundam hanc ſententiam in Facultate Roſtochienſi ſemper pronunciari teſtis eſt.*

XXVII.

Quæ in diverſis Ducatib. confirmata.

Et cum hæc ſententia firmis iuris rationibus ſit ſubnixa, hinc in diverſis Ducatibus expreſſis conſtitutionibus reperitur confirmata. Ita nuperrimè conſtitutum Fürſtl. Magdeb. Policeyordnung *c. 27. ſub fin. verb.* Vnd nach dem auch zwiſchen den Herrn vnd Beſitzer der Bauer oder ander Feldgüter offt ſtreit fürfället/ ob dieſelben Laß oder Erbzinßgüter ſein? ſo laſſen wir vns derer rechtsgelehrten meinung gefallen / welche darauff ſchlieſſen: wann gleich der beklagte vnd ſeine Vorfahren die Güter *pro uniformi canone* vnd vmb einen gleichmeſſigen Zinß über 30. Jahr / Jahr vnd Tag oder länger gebraucht vnd innengehabt hette / da aber gleichwol erwieſen werden könte / das dieſelben jhme oder ſeinen Vorfahren miethweiſe eingethan worden / daß er ſie als den dem Herrn abzutreten ſchüldig / vnd ſich mit keiner verjährung zu behelffen habe / ſonſten aber da der miethe halber nichtes gewiſſes zu beweiſen / bey den Gütern gelaſſen werden ſoll. *De Ducatu VVurtembergico vide* Beſold. diſp. 2. ad jus municipal.

XXIIX.

Rationes pro negativa.

Ne autem in ſolis authoritatibus acquieſcere videar, rationes huius aſſertionis ſubiungere placet, & 1. quidem colonus perpetuus civiliter & naturaliter poſſidet ius emphyteuticum, utileve dominium, eaq; de cauſa poteſt illud præſcribere, at verò conductor non poſſidet rem quam conductam habet civiliter & naturaliter, ſed locator eſt, qui per ſe ipſum illam civiliter poſſidet, & per conductorem ſive inquilinum naturaliter, ſine poſſeſſione autem civili non currit præſcriptio c. ſine poſſeſſione de R. I. in 6. l. 25. D. de uſucap. *Quare cum conductores non ſibi poſſideant, ſed ei cui mercedem perſolvunt, apparet eos præſcribere nullo unquam tempore poſſe,* vide eleg. text. l. 4. §. f. D. de precar. *Ex quo colligitur, ſi quis ad certum tempus conduxit, & finito eo tempore in locatione permaneat, quod illud fiat ex conceſſione locatoris, eodem genere contractus, & ſub iiſdem conditionibus, quod*

apertè

apertè confirmant textus ſubinde mihi adducendi. Molin de I. & I. tom. 2. diſp. 449. n. 9. Roderic. de ann. & Menſtr. redit. l. 1. quæſt. 15. n. 51. 2. *Ex natura locationis fieri nequit, ut dominium transferatur* l. 39. D. Locat. *Vnde conductor locatori neq; ex contractu & traditione, neq; ex uſucapione & præſcriptione dominii quæſtionem referre poteſt;* l. 2. l. 7. f. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. *ſed rem locatam ante omnia reſtituere, & tum ſi velit, petitorium intentare tenetur.* l. 25. l. 34. C. Locat. *Nec obſtat, quod finito contractu in colonia per tempus legitimum ſubſtiterit, nihil enim inde probabitur: niſi quod tacita reconductio cenſeatur facta, expreſſ. text.* l. 13. §. 11. l. 14. D. l. 16. C. Locat. l. 4. §. f. D. de precar. Socin. Iun. conſ. 63. n. 26. lib. 2. Cravett. de antiq. tempor. p. 4. §. Materia n. 104. *à primordio enim tituli poſterior formatur eventus* l. un. circa fin. C. de imponend. lucrat. deſcript. l. 10. *Et ideo cum finito quolibet anno nova fiat reconductio, finito eo, colono licet recedere; & domino colonum expellere,* l. 25. ubi gl. C. locat. Burſat. conſ. 330. n. 73. lib. 3. Roderic. de cenſib. l. 2. q. 22. n. 68. *Et hæc tacita relocatio locationis contractui ex mente contrahentium non ſolum, ſed ex natura conventionis naturaliter ineſt, ita ut ipſa natura loqui, & locationem renovare exiſtimanda ſit.* Erneſt. Cothman. vol. 2. reſp. 79. n. 122. *Nec ſequitur etiam, longiſſimo tempore pensiones ſunt ſolutæ, E. conceſſum videtur ius perpetuæ coloniæ, tum enim hoc rectè procedit, ſi probetur ſolutionem illam iure perpetuæ coloniæ eſſe factam* Ruin. lib. 1. conſ. 61. incip. *Quia facta locatio. Vbi dicit primam ſolutionem ex prætenſo titulo debere eſſe factam* §. ſi quis 2. F. 26. *quo probato; præſumitur reliquas penſiones ex eodem titulo eſſe perſolutas.* Bart. l. triticum D. de V. S. *& expreſſe* Bald. d. §. ſi quis per 30. *verb. ut feudum. Nec ſufficit quoq; per tantum tempus uniformiter quid eſſe perſolutum, cum illud fieri potuerit ob tacitam reconductionem per ſingulos annos ſucceſſivè ſeſe invitem ſubſequentes* Ruin. conſ. 751. lib. 5. & conſ. 75. n. 6. & ſeq. lib. 1. & conſil. 151., n. 14 lib. 4. *Tales enim actus, inquit, citra ius perpetuæ coloniæ ex voluntariis reconductionibus fieri potuerunt. Quod ipſum & tunc dicendum, quando de conductione ſive ingreſſu colonali quidem non conſtat, ſed quis abſolutè poſſedit longiſſimo tempore rem alienam, penſionem inde ſolvendo; ſi enim non conſtat ſolutiones factas iure & reſpectu perpetuæ coloniâ nihil inde probari poterit,*

 niſi

niſi ex ea cauſa probentur perſolutæ, alio enim nomine potuerunt præſtari Roderic. d.l. 2.q. 22.n. 72 Ern. Cothman. d. reſp. n. 143. & ſeq. 3. *Nemo ſibi poſſeſſionis cauſam mutare poteſt, alſq; cauſa extrinſecus accedente* l.19. D. de acquir. poſſ. §.1.l.33. §.1. D. de uſurp. & uſuc. l. 5. C. de acq. poſſ. E. *neq; colonus, qui nec vivo nec mortuo domino ullam poſſeſſionem habet*, l. 33. §. 1. D. de uſurpat. & uſuc, *vide omn.* Erneſt. Cothm. d. reſp. *ubi ſolam credulitatem, qua colonus exiſtimet, ex uniformi canonis perſolutione ſe colonum perpetuum factum, non ſufficere ad immutandam poſſeſſionis cauſam, ſolide aſſerit.* 4. *Conductor longiſſimo licet tempore detinens, poſſeſſionem domino ſubvertere haud poteſt.* l. 5. C. de acq. poſſ. l. 32. §. 1. D. eod. tit. Burſat. conſ. 23. n.2. l. 1. 5. *Conductor re conducta utitur ex mera locatoris voluntate, ex actibus autem merè voluntariis neq; poſſeſſio acquiritur, neq; præſcriptio currit.* l. 26. D. de damn. infect. l. 1. §. 12. D. de aq. & aq. pluv. arc. Cyn. in l. 1. & 2. C. de ſervit. & aq. l. 2. C. Quæ ſit long. conſuet. 6. *Mutatio voluntatis nunquam præſumitur, ſed eam contrahentium mentem permanſiſſe credendum eſt, quæ initio conventionis fuit* l. 11. §. 12. D. de leg. 3. *latè* Menoch. de arbitr. jud. quæſt. l. 2. cent. 5. n. 15. *idq; cum vel maximè in contractibus & negotiis inter vivos obtineat* l. 5. C. d. obl. & act. *merito & hic locum inveniet.* Cothm. d. reſp. n. 133. 7. *Tacita illa reconductio utriusq; contrahentium tacito conſenſu facta, eodem ſemper iure, ratione, conditione, lege, qualitate, modificatione, clauſula, & pactione cenſetur repetita & renovata* l. 13. §. 11. verb. ſed etiam pignora D. Locat. Cothm. d. reſp. 79. n. 123. *uti ergo iuxta formam præcedentis & expreſſæ locationis poterat expelli colonus aut conductor, finito conductionis tempore, idem videtur dicendum in reconductione tacita, quod nec in ea domino repetenti quæſtio dominii poſſit referri. plures huius ſententiæ rationes ſi deſideras, omnino adi* Erneſt. Cothm. d. reſp. 79. n. 84. & multis ſeqq. *ubi prolixum & more ſuo ſolidum invenies, neq; enim omnia hic congerere brevitatis ſtudium videtur ſuadere.*

XXIX.

Quib. in eaſib. ius perpetuæ coloniæ in bonis locatis procedat.

Quamvis autem hæc ita ſeſe habeant, dari tamen fortè poſſunt caſus, quibus contractu locationis non obſtante, ius coloniæ perpetuæ præſcribi poſſit. Primò ſiquidem certi iuris eſt, ſi colonus vel emphyteuta domino interverterint poſſeſſionem, palam eum agnoſcere recuſantes, quod

quod inde currat præſcriptio, quia tum non amplius alieno nomine, ſed ſibi poſſidet l. 2. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Diodor. Tulden. ad Cod. t. Comm. de uſucap. n. f. Perez. ad t. de præſcr. 30. vel 40. ann. n. 13. Vincent. Caroc. de locat. cond. p. 5. q. 19. n. 2. *Secundò non impedit locatio præſcriptionem, ſi bona locata ad tertium aliquem non tamen heredem, ſed ſingularem ſucceſſorem, titulo venditionis vel donationis pervenerint; isq; exiſtimet, prioris poſſeſſoris fuiſſe propria, & per tempus longiſſimum bona fide ſubnixus domino penſionem perſolverit; ſingulari ſiquidem ſucceſſori mala fides poſſeſſoris non obeſt, ſi modo à ſua perſona uſucapionem incipiat* l. 5. D. de divers. temp. præſcr. l. 48. D. de uſucap. l. 13. § 4. D. de acq. vel amitt. poſſ. Carpzov. Iuriſpr. For. p. 2 conſt. 40. def. 3. *Clare quoq; hæc exceptio* conſt. Elect. 40. p 2. *continetur, verb.* Da aber ſolche Güter einem dritten zukommen / vnd derſelbige nichts anderſt gewuſt / dann ſie weh-ren des vorigen Beſitzers eigen geweſen / vnd er hette darauff in ſolchen Gütern mit gutem glauben über rechtsverwehrte zeit den Zinß dem Herrn gegeben / derſelbige hette ſie vngeachtet / da es gleich anfanglich Laßgüter geweſen / verjahret / auff welches alles vnſere Hoffgerichte / *Facultäten* vnd Schöppenſtuel die Vrtheil richten vnd ſtellen ſollen. Venerand. Dn. Frater obſ. theor. pr. ad tit. de cenſib. p. 823. *Vbi alienationem à colonis in alios. dominis non contradicentibus, ſalvo canone factam, ius dominii inferre non ſimpliciter locationem multis textibus aſſerit. Tertiò non obſtare putant, locationem præſcriptioni in caſu tali; quo vendidit quis neceſſitate ductus agrum pretio viliori, emptor eundem locet venditori ad certam annuam & uniformem præſtationem ad certum tempus. Exacto hoc tempore perſeveret venditor in conductione annis triginta, eandem quantitatem fructuum uniformiter præſtando. Et hoc caſu ſaltem Baldum dixiſſe locum eſſe iuri perpetuæ coloniæ in bonis locatis, Crazetta* de antiq. temp. p. 4. §. materia n. fin. *exiſtimat, quod mihi quidem hactenus non ſit veriſimile. Eundem caſum exceptionis loco poſitum videbis. Vincent. Carocio* de locat. conduct p. 5. q. 19. n. 15.

XXX.

Ad obiectas th. 25. *pro contraria ſententia rationes facilè reſponderi poterit. Et primo quidem, licet verum ſit, poſſeſſionem longiſſimi temporis ius in re tribuere, emphyteuſeos puta, feudi, vel alterius, ſed tamen* Reſpondetur ad rationis affirmantium.

men

men minus dextrè eo caſu applicatur, quo locationem contractam eſſe conſtat. Et valde abſurdus fueris, ſi ita colligas: Poſſeſſio longiſſimi temporis tribuit ius in re E. conductor qui per 30. annos in poſſeſſione fuit, ius coloniæ perpetuæ præſcripſit, cum hunc non poſſidere ſed in poſſeſſione ſaltem eſſe l. 10. §. 1. D. de acquir. poſſ. iam ante ſatis ſit probatum. 2. Quod actioni locati præſcribi poſſit, itidem falſum eſt, cum conductor, cui primarium requiſitum deeſt, poſſeſſio ſc. non præſcribat, niſi hac interverſa. Vincent. Caroc. d. q 19. n. 12. Quod animadvertentes pleriq́; eorum qui actioni locati 30. annis præſcribi volunt, nihilominus locatoribus dominis & poſſeſſoribus rei vindicationem ad rem vindicandam, & uti poſſidetis interdictum ad poſſeſſionem aſſerendam concedunt & largiuntur, quorum ſic ſatis multos recenſet Erneſt. Cothman. vol. 2. reſp. 79. n. 236. & ſeq. 3. Lex ultima C. de alluv. & pal. concepta eſt de iis ſolum prædiis vectigalibus, ex quibus princeps ſ. reſpublica penſionem aut tributum accipit, atq; ita ex principiis extraordinariis publico favori ſubnixis dependet, quare nulla inde erit collectio ad prædia eccleſiæ aut privatorum, Molin. de I. & I. tom. 2. diſp. 449. n. 11. 12.

XXXI.

Modus acquirendi

De perſonis & rebus hactenus. Pergimus ad modum quo hoc ius acquiritur. Ubi non eſt, quod de conſtitutione magnopere ſimus ſolliciti. Quamvis enim emphyteuſis aliàs conſtituatur vel inter vivos, contractu ſc. emphyteutico; vel mortis cauſa, per legatum puta vel mortis cauſa donationem, Venerand. Dn. Frat. obſ. theor. pr. ad tit. ſi ager. vect. p. 409. ii tamen modi inſuper nobis habentur, cum ut ſæpius dictum, præſcriptione ius noſtrum acquiratur. Unde facilè videre eſt conſtitutionem hic cum acquiſitione coincidere, eodem modo quo in emphyteuſi aliàs conſtitutio cum promiſſione concurrit. Modus autem hic conſiſtit in rei acquirendæ poſſeſſione & 4. videtur includere 1. ut proprie & vere quis poſſederit 2. per legitimum tempus 3. Canonem ſingulis annis perſolverit. 4. Canonem uniformem. Requiſita hæc videbis penes. Rodericum de ann. & menſtr. red. l. 1. quæſt. 15. n. 56. Cald. Pereyra de renovat. emphyt. quæſt. 15. n. 4. Cuius tamen hanc materiam elaboranti mihi copia haud fieri potuit, omnes autem quibus citatus eſt, haud vulgaria ipſum circa hanc materiam tradere aſſerunt. De ſingulis penitius iam nobis diſpiciendum.

Requiſita acquiſitionis.

XXXII. Et

XXXII.

Et primum quidem quod attinet, vocabulum poſſeſſionis varias in iure noſtro ſortitur acceptiones, quas recenſere ſuperſedeo, vide eas ex textibus erutas penes Venerand. Dn. Fratr. obſ. theor. pr. ad tit. de acq. vel amitt. poſſ. p. 500. *ubi ſex ſignificationes exponit, quarum poſtrema qua detentionem rei denotat, inſtituto noſtro inſerviet. Quæ ratione dupliciter iterum accipitur, Impropriè primo, pro quacunque facultate rei inſiſtendi, & dici poteſt rei κατοχὴ quocunque tenendi affectu. 2 propriè, pro facultate rem detinendi, coniuncta cum animo ſibi habendi* l. 1. §. 3. l. 3. §. 3. D. de acq. poſſ. l. 67. de furt. *Quæ acceptio materiæ noſtræ maximè con[...]it, & rectè hinc excluduntur, qui in priori ſignificatione impropria [po]ſſidere dicuntur, & alieno nomine rei inſiſtunt, quales 1. perſonæ legibus poſſidere prohibitæ, ut ſervus, filiusfamilias* l. 49. §. 1. D. de acq. poſſ. l. 44. §. 4. D. de uſucap. *2. miniſterium alienæ poſſeſſionis præſtantes, ut tutores, curatores, procuratores* l. 1. §. 20. l. 18. D. de acq. poſſ. *colonus inquilinus* l. 31. §. 3. D. de uſucap. l. 6. §. 2. D. de precar. *conductores* l. 9 D. de R. V. *qui precario ut in fundo morentur, aut in poſſeſſione eſſent, obtinuere,* l. 10. §. 1. D. de Acquir. poſſ. *3. Quibus jura cuſtodiam ſaltem & obſervationem concedunt, ut miſſi in poſſeſſionem ex primo decreto* l. 3. §. 23. D. eod. *ſequeſter, cum & ipſi res cuſtodienda ſit tradita* l. 6. D. Depoſ. *vide* Venerand. Dn. Fratr. diſſert. de jure rer. concl. 58. & obſ. theor. pr. p. 2. ad tit. de acquir vel amitt. poſſ. p. 500. & ſeq. *Perſonæ itaque modo recenſitæ cum à poſſeſſione propriè ita dicta arceantur, & ea maximè hic requiratur, merito dixeris à præſcriptione noſtri iuris eas eſſe excluſas.*

Requiſitum. I.

XXXIII.

Quia v. coloniæ perpetuæ jus ex poſſeſſione profluit, ea verò vel civilis eſt, vel naturalis, non immerito quæritur, utra ex illis ad juris noſtri acquiſitionem requiratur. Naturalem hic ſufficere communis Dd. opinio eſt, vide Valaſc. q. 18, n. 1. *ubi plurimas auctoritates congeſſit. Verum procedit hæc aſſertio ratione rei colonariæ tantùm; licet autem rem ipſam naturaliter ita poſſideat colonus noſter, ius tamen quod in re habet & civiliter & naturaliter poſſidet,* Ioh. Franc. Balbus tr. de præſcr. p. m. 271, *non quidem ſpecie poſſidendi, ſed poſſidendi modis. Naturaliter per actus naturales, quos in colligendis fructib. exercet, civiliter animo. Licet enim colonus à colonia recedat, ſui*

Quæ poſſeſſio ad præſcriptionem perpetuæ coloniæ requiratur.

tamen juris poſſeſſionem civilem retineat, ita ut ius ſaltem coloniæ, non autem proprietas ſ. dominium directum præſcribatur. Videatur communis omnium Præceptor Ioh. Schneidevvin. ad tit. de uſucap. n. 59. *ubi ſic ſatis prolixus & more ſuo perſpicuus eſt.* Iung. th. 28. pr. hinc explicanda.

Requiſitum II.

XXXIV.

Secundo loco quod requiſivimus, fuit tempus legitimum, circa illius v. determinationem Dd. haud concordant, ſed alii aliud, brevius vel prolixius ſufficere arbitrantur. Ante omnia verò hic diſtinguendum, an agatur de emphyteuſi adverſus privatum præſumenda, an v. contra eccleſiam. Priori caſu, ad præſcriptionem perpetuæ coloniæ contra privatum, requirere quidam videntur 40. annorum ſpatium gl. magn. in l. 2. C. de jur. emphyt. in fin. Firmianus in repertorio *prout eum refert* Felin. c. cum Bertoldus n. 28. de re jud. *Alii triginta annos ſufficere arbitrantur, ut communiter omnes, vide* Carpz. Iurisp. For. p. 2. conſt. 40. def. 1. Berlich. p. 2. concl. 48. n. 2. *cum reliquorum jurium ſic fiat præſcriptio* l. 3. l. 7. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. *Imprimis autem probatur temporis hujus ſufficientia* per §. ſi quis per triginta 2. F. 26. *ubi dicitur, quod ob ſervitia tanto tempore exhibita, res aliqua ut feudum poſſit acquiri.* Venerand. Dn. Frat. obſ. theor. pr. ad tit. ſi ager. vectigal. p. 412. in fin. & tit. de cenſib. pag. 823. verb. præjud. über 30. oder 40. Jahr. eine gewiſſe und gleichmäſſige Heur entrichtet. *&c. & infra ead. pag. certi juris eſſe aſſerit, ut ſi quis per 30. vel 40. annos bona quædam poſſederit, & uniformem canonem ſolverit, jus perpetuæ coloniæ dicatur præſcripſiſſe.* Iul. Clarus recept. ſent. l. 4. §. emphyteuſis q. 7. idem tract. de jur. emph. q. 7. *ubi infinitas autoritates, ſi quid iis probatur, congeſſit.* Alvar. Valaſc. q. 20. n. 12. *De jure Saxonico dubium circa hoc tempus nullum ſubeſt, cum expreſſè Elector illud præſcriptioni huic præfiniverit* p. 2. conſt. 40. Modeſt. piſt. vol. 1. conſ. 7. pr. verb. Aber nach Sächſiſchen Rechten wird ſolche Dienſtbarkeit *&c. & n. 7.* denn dieweil wir im Sachſenrecht nur zwo *præſcriptiones* haben / als *annalem* Jahr und Tag / und dann 30. Jahr / Jahr und Tag / ſo wird die letzte *præſcriptio* auff alle Fälle die *de jure communi* in 30. Jahren oder auch innerhalb Menſchen gedencken *præſcribiret* werden mögen / gezogen. *Non obſtat hactenus dictis*

l. f. C.

l. f. C. de fund. patrim. *ubi 40. annorum ſit mentio, ibi ſiquidem, ut rubrica innuit, non de fundis privatorum, ſed ipſius Imperatoris agitur, qui ut in aliis multis, ita hic qq. jure laxiori gaudent, vide* Anth. Perez prælect. ad Codic. Iuſt. d. tit. de fund. patrim. n. fin. *Alii tandem ad præſcriptionem noſtri juris decennalem præſtationem requirunt.* Bald. l. 1. C. de fideicom. n. 5. Salicet l. cum de in rem verſo q. 6. de uſur. Ant. de Butri. in c. pervenit. de cenſib. n. 19. Alexand. conſ. 113. circa fin. vol. 4. Felin. c. cum Bertoldus de re judic. n. 11. circa fin. & ſeq. *& in hanc ſententiam plures refert* Maſcard. de prob. 1. part. concl 337. n. 2. *vide* Roderic. de ann. & menſtr. redit. *ubi pro conciliandis diverſis hiſce opinionibus diſtinguendum putat, an aliquis prædia privati ut emphyteutica poſſederit, & præter canonis ſolutionem allegetur titulus emphyteuſeos, tum ſc. ad ejus probationem ſufficere præſtationem decennalem; aut v. nullus allegetur titulus, ſed ſaltem diuturna præſtatio canonis, & tum 30. triginta annorum requirit ſpatium, juxta §.* ſi quis per 30. 2. F. 26. *aliter paulò conciliantem videbis haſce opiniones* Ioh. Franc. Balb. de præſcript. p. m. 98. *à quo tamen cavendum hic eſſe monet* Roderic. d. l. n. 54. in fin. *[Media ex hiſce omnibus, qua 30. anni requiruntur, communis eſt]* Iaſon. l. 2. C. de jur. emphyt. n. 155. *& recepta*, Menoch. l. 3. de præſumpt. 108. n. 4. & 5. *ubi approbatores adducit.*

XXXV.

Longiſſimo hocce triginta annorum ſpatio præſcribitur 1. ab emphyteuta dominium utile, contra dominum directum, ut fuſius modo probatum. 2. à domino directo dominium utile contra emphyteutam, ex rationis paritate. Bachov. ad VVeſemb. tit. ſi ager. vectigal. ſub fin. *3. à tertio, non domino, dominium directum ſi ipſi quotannis canon ſit perſolutus.* Bald. conſ. 21. ſubtiliter tacta l. 4. *ubi dicit tanti temporis uſum probare contractum ultro citroq; obligatorium, cum præſcriptio & tanti temporis uſus veritati æquiparentur.* Cardin. Tuſch. tom. 3. l. E. concl. 228. 4. *ab Emphyteuta directum dominium* daß Obereigenthumb des Erbzinsguths, *quando ſc. per 30. vel 40. annos canonem non ſolverit, & pro ſuo poſſederit. h. e. de canone*

Quibus caſibus longiſſimo hoc tempore in noſtra materia præſcribatur.

ſolvendo interpellatus titulum alleget, in quo dominus per dictum tempus acquieſcat. *Quandiu a. ut emphyteuta poſſidet. præſcribere non poteſt, cum titulo alieno poſſideat* arg. l. 2. l. 7. §. f. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. 5. *Libertas à canone ſolvendo manente adhuc emphyteuſi, juxta* VVeſemb. ad tit. ſi ager. vect. n. f. *hoc tempore poterit præſcribi, cujus tamen ſententiæ non ſubſcribo, melior a edoctus à* Venerand. Dn. Fratr. obſ. theor. pr. ad illum tit. p. 413. *ubi de omnibus hiſce, quas recenſui, præſcriptionibus ſolidè diſſerit.*

XXXVI.

Præſcriptio adverſus eccleſiam quanto tempore fiat.

Reſtat ut circa ſecundum hoc requiſitum paucis exponam, quanto tempore emphyteuſis adverſus eccleſiam præſumatur, diverſi enim diverſa hic ſtatuunt. *Et primò quidem dantur, qui per longi temporis præſtationem, annuam & uniformem, emphyteuſin eccleſiaſticam præſumi volunt, ita* Bald. l. 1. C. de fideicomm. n. 5. *per text.* litibus C. de agric. & cenſit. *Salicet* l. cum de in rem verſo de uſur. n. 12. q. 7. Decius in l. ſi certis annis C. de pact. n. 15. *Verius tamen eſt, ad præſcriptionem juris hujus perpetuæ coloniæ 40. annos requiri, tam de jure civili,* auth. Quas actiones C. de SS. Eccl. *quam de jure Canonico* c. de quarta c. ad aures c. illud. X. de præſcript. *vide omn.* Ioh. Fr. Balb de præſcript. p. m. 338. Menoch. l. 3. præſumpt. 108. n. 5. Venerand. Dn. Frater diſp. 7. ad Cod. th. 79. *ubi th. ſtatim ſequenti ſubiungit, ob paritatem rationis bonis quoq; ſcholarum & Academiarum non præſcribi, niſi annis 40. quod naturam & qualitatem eccleſiaſticarum rerum habeant.* *Ex principiis verò juſtè ſingularibus adverſus eccleſiam Rom. non niſi centenaria currit præſcriptio* l. 23. cum ſubj. auth. Quas actiones C. de SS. eccl. c. 14. X. de præſcr. Venerand. Dn. Frat. d. diſp. 7. ad Cod. th 81. *ubi malè poſteriora* d. auth. Quas actiones *verba, inter Irnerianos errores referri, monet. ſimiliter adverſus ordinem D. Benedicti, eosq; omnes qui hujus privilegiis gaudent, alia quam ſexaginta annorum præſcriptio eſt invalida, uti infra ex conceſſo ipſis ab Eugenio papa privilegio manifeſtum fiet.* *Apud Venetos itidem lege cautum eſt, ne minori tempore, quam quinquaginta annorum hoc jus præſcribatur.* Menoch. lib. 3. præſumpt. 108. n. 8. *Imò poſſunt loca quædam ſpeciali privilegio ita eſſe exempta, ut nullam extimeſcere præſcriptionem habeant neceſſe, uti de hoſpitali S. Mariæ Novæ & Innocentum Florentiæ, refert*

Card.

Card. Tuſch. p.6.l. p; concl. 545. *In quibusdam etiam locis licet uniformiter per 30. vel 40. annos canon fuerit ſolutus, pro lubitu tamen domini colonus expelli poteſt.* Venerand. Dn. Frat diſp.11.de jure forenſi th. ultima.

Adverſus emphyteutam eccleſiæ non triginta ſed quadraginta annis præſcribitur.

XXXVII.

Licet autem contra eccleſiam non niſi quadraginta annis præſcribatur, adverſus tamen emphyteutam ejusdem, eodem temporis ſpatio, quo contra quemvis privatum, præſcribitur, cujus rationem infra adducam. vide ſis Tuſch. Card. tom.3. l. E. concl. 128. *ubi diſſentientes adduxit.* Molin. de I. & I. tom.2. diſp. 449. n.f.

III. Requiſitum.

XXXVIII.

Tertium requiſitum, canonis nempe perſolutio, ordine jam ſequitur. Canon hic aliàs dici conſuevit penſio l. 2. C.de jur. emphyt. *emphyteuma* l.32. C. de Epiſcop. aud. *ita enim hanc vocem à* Venerand. Dn. Fratre in prælect. publ. ad Cod. *memini explicatam, vectigal* l. 1.2.D. ſi ager. vect. *Penſio autem hæc in duobus maximè eſt conſpicua 1. ut conſiſtat in aliquo reali, ad differentiam (1.) feudi, licet enim & hoc triginta annis poſſit acquiri,] canon tamen inde non ſolvitur, ſed perſonale ſervitium cum fidelitate præſtatur,* 2.F.23.in fin. *2. ut appareat nihil intereſſe, utrum in pecunia, fructibus, vel alia quapiam re canon ille conſiſtat* l.21.C.Locat.l.35.§.1. in f. l. 19. §.3. D. Locat. l. 8. C. eod. *qui textus, licet de locatione conductione ſint concepti. ob ſummam tamen affinitatem cum jure emphyteutico rectè huc transferuntur. 3. Canonem absq; determinatione in aliquo reali dixi conſiſtere, quod parum referat. utrum magnus ille ſit vel exiguus, cum finis propter quem perſolvitur, utroq; modo obtineri poſſit. (2.) Penſio hæc fiat domino directo, non quidem in compenſationem fructuum, ſed dominii directi recognitionem, quod penes concedentem remanet* l. 2.3.C. de jur. emphyt. *Vid.* Valaſc. de jur. emphyt. q.1. n.6.7.8. *Notandum autem hic quod præſtatio hæc penſionis ſive emphyteumatis ſola ad præſcriptionem hujus juris non ſufficiat, poſſet enim penſionem ſolvere poſſeſſor tanquam colonus ſimplex, vel alio nomine, unde facta eſſe debet ratione perpetuæ coloniæ & tanquam à perpetuo colono.* Roderic. de ann. redit. l.1.q.15.n.56.Maſcard. de probat lib.1. concl. 337. n.f.

IV. Requiſitum.

XXXIX.

Quartò deniq; penſio illa debet eſſe uniformis, hoc eſt, nunquam

minuta vel variata; *ita ut ſingulis temporis longiſſimi annis una eademq; ſit perſoluta quantitas. In eo ſiquidem præcipua perpetuæ coloniæ nota conſiſtit, quod colonus preter certam penſionem nihil aliud ſolvat, quodq; dominus accepta illa certa penſione, perpetuario colono liberam poſſeſſionem relinquere teneatur.* Ern. Cothm. vol. 2. reſp. 79. n. 140. Molin. tom. 2. diſp. 449. n. 5. *Confer* Venerand. Dn. Fratr. ad tit. Locat. p. 654. *verb. certam ac uniformem penſionem, ubi eleganti verſus Brunſvigam præjudicio hoc declarat*: thut ſichs berichteter maſſen verhalten / das die 10. Hufen *quæſtionis*, von deren *colonis* vor 20. 30. 40. 50. 60. und mehr Jahren/allein gegen jährliche *præſtation*, ſo an gewiſſen Scheffelkorn angelieffert / ohn einige vorgangene meierung noch *renovation* erſeſſen und genoſſen worden/ ſo iſt deren Gerechtigkeit an ſelbigen Aeckern *pro jure perpetua colonia* zu achten & part. 2. tit. de cenſib. p. 823. verb. über 30. oder 40. Jahr eine gewiſſe und gleichmeſſige Heur entrichtet *&c. Ne autem ibi impingas in voce* Heur / *vide eam explicatam* eadem pag. circa fin.

XL.

Quid juris ſi de canonis difformitate conſtet.

Si v. uno anno plus quam alio, fructuum inſpecta qualitate præſtitum ſit à colono, meritò ut colonus aut conductor temporalis poſſidere præſumitur arg. l. 13. §. 11. D. Locat. *ex diverſitate ſiquidem penſionis certa obligatio non præſumitur, ut notant* Bart. & Bald. in l. ſolent. §. f. de off. proc. Decius l. ſi certis annis n. 19. C. de pact. *vide omnino* Roderic. lib. 1. de ann. redit. quæſt. 15. n. 59. & lib. 2. q. 22. n. 73. Hieron. Schiurff. cent. 1. conſ. 58. n. 5. Cyn. in l. comperit. n. 6. q. 5. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Berlich. p. 2. concl. 48. n. 7. ſub fin. Carpz. Juriſp. For. p. 2. conſt. 40. def. 2. *ubi ſententiam hanc tali præjudicio confirmat*, auch zu unterſchiedenen Zeiten/ und noch *anno 1616.* der Zins vor ſolche Wieſen erhöhet/ und alſo über Rechtsverwehrte Zeit / kein gleichformiger Zinß entrichtet worden were/ ſo hette ſich auch Hanß Richter mit der angezogenen Vorjahrung nicht zu behelffen / ſondern es würde offtgedachte Wieſe vor laßguth gehalten *&c. Ut ita de praxi noſtræ aſſertionis ſatis conſtet, quæ ita tamen explicanda, ut ſi ab initio quidem certus canon fuerit perſolutus, isq; deinde per 30. vel 40. ſubſequentes annos in quantitate*

minori

minori ſit præſtitus, ejusmodi perſolutio probet canonis diminutionem, ita ut ad priorem quantitatem exolvendam cogi poſſeſſor nequeat. Bald. conſ. 400. ſuper primo n. 5. verſ. præterea tale inſtrumentum lib. 4. *quod eſt Bartol. allegant textum* in l. f. C. de fund. patrim. l. 11. *vide ſis* Tuſchum Cardin. tom. 3. l. E. concl. 228. n. 5.

XLI.

Superaddi his qq. poterit requiſitum V. bona ſc. fides, quam ex æquitate Canonica à nulla hodie præſcriptione abeſſe poſſe ex c. 5. c. f. x. de præſcr. & Dd. *oſtendam infra.* Venerand. Dn. Prater. obſ. theor. pr. tit. Locat. p. 654. *præjudicii verb.* und es alſo dem *concesſionario A.* E. und deſſen Erben/ in dem ſie bekennen/ das es *res alienæ* ſeyn / am *bona fide*, ohn welchen kein *jus perpetuæ coloniæ* kan *præſcribiret* werden/ ermangelt *&c.* *Quot a. modis bonæ fidei poſſeſſor fieri quis poſſit, recenſet* ICtus Gajus l. 36. D. de uſucap. *quibus noſtro caſu & is acc enſeri poterit, qui finita generatione, cui emphyteuſis erat conceſſa, ut ſucceſſor in eadem perſeveravit, perſolvendo uniformem penſionem tempore ad præſcribendum requiſito; eo enim ipſo renovata cenſetur emphyteuſis per tacitum conſenſum, ob tempus ad præſcribendum perpetuæ coloniæ jus, ſufficiens.* Molin. de I. & I. tom. 2. diſp. 449. n. 5. *Et his requiſitis ita concurrentibus rectè perpetuæ coloniæ ius præſcribere aliquis poterit, iis tamen caſibus exceptis in quibus huic præſcriptioni locus eſſe nequit. Vide hic octo exceptiones recenſentem* Borgnin. Cavalcan. deciſ. fori Fivizan. p. 2. deciſ. 30. n. 15. *quas recenſere prolixum foret, neq; etiam pro exceptionibus omnes forte habenda,* V. Requiſ. Bona fides

XLII.

Et tantum de perpetuæ coloniæ acquiſitione, excipit hanc(th. 16.) *conſervatio, circa quam de tribus itidem nobis diſpiciendum, quomodo 1. conſervetur 2. in quem finem 3. qui inde effectus & commoda proveniant.* Conſervatio.

XLIII.

Conſervatur animo poſſidendi, & perſolutione canonis uniformis quotannis facta, de qua in præced. ſic ſatis fui prolixus. Poſſeſſio illa fit vel ſolo animo l. 3. §. 7. 11. D. de acq. poſſeſſ. *vel animo & corpore ſimul* l. 8. l. 3. §. 1. D eod. *cum n. ita acquiratur, dubium non eſt quin ſimili modo retineri queat, cum facilius conſervemus, quam acquira-* Vt perpetua colonia conſervetur.

quiramus l. 4. C. eod. *qua etiam ratio eſt, quare ſolo animo retineatur poſſeſſio, cum ut modo dictum facilior ſit, retentio, & neceſſe non ſit ſemper rei inſiſtere, liceatq; certo tempore eam derelinquere* l. 3. §. 11. D. de acq. poſſ. *Quando autem utrumq;, corpus ſcil. & animus præſto eſt, tum conſervamus vel corpore & animo noſtro* d. l. 3. §. 1. l. 8 D. d. t. *vel 2. animo noſtro & corpore alieno, veluti quando abeuntes relinquimus familiam, procuratorem, hoſpitem, amicum &c.* l. 3. §. 12. D de acq. poſſ. l. 31. §. 2. de uſurp. & uſuc. l. 49. D. d. t. de acq. poſſ. *vel 3. animo & corpore alieno, ſervi puta, filiifamilias, cum n. hi & ignorantib. nobis poſſeſſionem acquirant* l. 1. §. 5. & ſeqq. de acquir. poſſ. *multò facilius quoq; conſervabunt, cum juxta* d. l. 4. C. de acq. poſſ. *retentio cum minori difficultate ſit conjuncta. Vide diſput. ſub* Venerand. Dn. Fratr. præſidio habitam de jur. poſſ. th. 17.

XLIV.

Furioſus an conſervet hic poſſeſſionem.

Quia verò ad poſſeſſionis conſervationem affectio animo ſibi habendi præcipuum requiſitum eſt, ſine quo non procedit l. 2. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. *ea v. deſtituatur furioſus* l. 1. §. 3. D. de acq. poſſeſſ. *quæri poſſet an ille jus hocce perpetuarium conſervare poſſit? Reſp. conſervationem poſſeſſionis dupliciter poſſe conſiderari, poſitivè ſc. & negativè. Poſitivè, quando de conſervandi animo expreſſè conſtat, usq; actibus evidentibus declaratur. Negativè, ſi nihil fiat eorum quibus poſſeſſio deperditur. Quamvis igitur furioſi non retineant poſitivè, negativè tamen id faciunt, dum nihil ab iis fit, quo poſſeſſio amittitur, cum animus contrarius non oſtenſus retentionem inducat, uti expreſſi textus extant* l. 27. D. de acq. poſſ. l. 44. §. 6. de uſurpat. *Vide* Excellentiſſ. Dn. Georg. Adam. Struvii *Exercit* 34. ad Libb. pand. th. 12. ſub fin.

XLV.

Finis

Et tantum de conſervatione, ſequitur (th. 41.) *finis. Finis autem nobis eſt, cujus gratia jus hoc volumus acquiſitum & conſervatum, pleniſſima nempe rei utilitas. Quare omnis obventio, quæ vel ex ipſa re, vel per cauſam ejus percipi poterit, ad colonum noſtrum pertinet* l. 7. pr. l. 9. pr. D. de uſufruct. *fructusq; omnes ad ſimilitudinem vaſalli* 2. F. 23. ſub fin. *Uſufructuarii* t. t. D. & C. de uſufruct. *ſuos facit. Hinc ſi colonia ſit metallifera, auri, argenti,*

argenti, plumbi, vel alterius metalli fodinas habens, earum quoq; reditus noſtro colono obveniunt l.9.§.2.l.13.§.5.D. de uſufruct. l.7.§.13. 14. D. ſolut. matrim. neq; refert utrum ejusmodi fodinæ metalliferæ ab ipſo domino directo jam ſint inſtitutæ, vel à colono demum inquiſitæ & inventæ d.l. 13.§.5.D.de uſufruct. Arbores quoq; ſuccidere poterit, tam ad uſum proprium, quam communem l.9.§.f.l.10.l.12.D. de uſufr. Quæ itidem propter rem, ſive occaſione rei habentur, quo nomine veniunt, venatio, piſcatio, aucupium, rectè colono noſtro aſcribuntur, l.9.§.5.D.de uſufr. augmentum item alluvionis, cum hoc fructuario conceſſum legatur l.9.§.4.d.t.

XLVI.

Theſaurus in colonia inventus cui obveniat.

Theſaurus in colonia inventus cui veniat addicendus, variè controvertitur. Quidam enim putant, domino eum eſſe tribuendum directo, Sichard. ad rubr. C. de jur. emphyt. n.27. Rationem pro hac ſententia adducunt, quod theſaurus non ſit in fructu, nec pars fundi l.7.§.12.D. ſolut. matrim. ideoq; nec coloni utilitatem augere, ſed domino directo cedere debeat, utpote qui in dubio appellatione domini intelligatur. Verum reſpondendum, ad emphyteutam non ea modo pertinere, quæ ſunt in fructu, ſed omnem præterea utilitatem ipſius eſſe, Venerand. Dn. Fratr. ad tit. ſi ager. vectigal. p.410. ſub fin. Henric. Zoeſ. comment. ad Dig. tit. Locat. n. 70. & licet concedamus, appellatione domini in dubio directum venire, illud tamen obeſſe nobis haud poterit, cum huic nullum ferè jus ſit, niſi ad canonem annuum Gloſſ. ad §. Theſauros 39. I. de R. D. Vide Valaſc. q.15. ubi in hanc ſententiam multos adducit. Deinde, quaſi mediam viam eligentes quidam, theſaurum ita inventum putant inter utrumq;, emphyteutam ſcil. & dominum directum eſſe dividendum, argumento deducto à fructuario & creditore, quibus in fundo fructuario aut pignoratitio repertus theſaurus pro dimidia parte debetur. Verum nec hæc quidem ſententia ſtationem ſuam tuebitur; Fructuarius ſiquidem cum ea ſaltem percipiat, quæ in fructu ſunt, à quibus diverſus theſaurus l.7.§.12.D. ſolut. matr. & creditor tantum naturaliter poſſideat, & ne quidem fructus percipiat, ideo eodem jure cenſentur, qui in alieno ſolo invenientes, & dimidiam ſaltem reportant §.39.J. de R.D. Tertiam itaq; & eorum amplector opinionem, qui totum colono cedere aſſerunt, quam ſententiam ita fir-

ita firmare licebit; quod 1. lex ei theſaurum deferat, qui in ſuo loco reperit, d. §. 39. l. un. C. de theſaur *jam verò colonus perpetuum prædium ſuum dicere poteſt* l. f. C. de fund. patrimon. *verb. pro certo habeant ſuum eſſe quod poſſident.* l. 12. eod. t. in fin. ib. cum fundorum ſint domini, *& in rem actionem habet* l. 1. D. ſi ager. vect. *Deinde, cum damna fatalia circa fructus & rem ipſam, niſi funditus pereat, ſpectent ad colonum* l. 1. C. de jur. emphyt. *æquum fuerit, theſaurum, ut fatale lucrum* l. 63. D. de acq. rer. dom. *& Dei beneficium* l. un. C. de theſaur. l. 10. *ipſi non auferri. Vide* Zoëſ. tit. Locat. n. 71. Perez. ad l. un. C. de theſaur. n. 7. Valaſc. de jur. emphyt. q. 25. per totam.

XLVII.

Effectus quoad dominum directum.

Effectus juris coloniæ perpetuæ (th. 41.) *vel ipſum colonum perpetuum reſpiciunt, vel dominum directum. Eorum qui hunc reſpiciunt, primum in exigendo canone, eoq; uniformi ponimus, de quo tamen, cum ſupra ſatis actum ſit, non eſt, quod cramben bis coctam reponamus. Secundus in perſolutione laudemii fuerit, quod pro conſenſu & admiſſione domino directo debetur, & in quacunq; rei emphyteuticæ alienatione perſolvendum eſt*, l. f. C. de jur. emphyt. Magnif. Dn. Frantz. tr. de laudemiis c. 2. Iul. Clarus l. 4. recept. ſent. §. emphyteuſis q. 23. *Præſtari illud laudemium ab eo debet. in quem fit tranſlatio ſive novo emphyteuta* gl. in l. f. C. de jur. emph. in verbo accipere, *& ita obſervari teſtatur* Iaſon ead. l. f. n. 41. *Vide laudatum modo* Clarum d. q. & addit. *ubi notatu digna traduntur. Tertius in revocanda emphyteuſi animo ſibi habendi conſiſtit, & caducitatis ſive amiſſionis tempore maximè conſpicuus eſt. Quartò deniq; cum domino directo ad coloniam à tertio repetendam rei vindicatio directa parata ſit*, Donell. l. 9. comm. jur. civ. c. 14. n. 90. *rectè quoq; ea effectibus iis de quibus agimus, annumeratur.* add. th. 55.

XLVIII.

Quoad colonum effectus conſiſtunt vel in onere vel commodo.

Acquirentem concernentes effectus, vel in commodo percipiendo, vel ſuſtinendo onere, ſunt conſpicui. Commodum illud non quidem ipſum dominium continet, l. 1. D. ſi ager. vectigal. ib. quamvis non efficiantur domini, *ius tamen eſt dominio proximum, reſpectu cujus ſimpliciter interdum colonus perpetuus dicitur dominus*, l. 12. in fin. C. de fund. patrim. l. f. eod. t. *Hoc ius quatuor videtur includere*

1. jus

1. jus rei habendæ. 2. jus utendi fruendi. 3. jus perſequendi. 4. jus alienandi, de quibus ſingulis aliquid modò ſubyciendum.

XLIX.

Ius rei habendæ in eo conſiſtit, ut poſſeſſionem ſuam adverſus omnes tueri poſſit, eosq; excludere l. f. C. de fund. patrim. ib. ut omnibus ad excludendam omnem quolibet modo movendam quæſtionem &c. *etiam verum dominum ſine cauſa repetentem* l. 1. §. 1. D. ſi ager. vectigal. *cum enim* l. 12. l. f. C. de fund. patrim. *coloni perpetui fundorum domini dicantur, dominii verò vis præcipua in excluſione aliorum ab uſu rerum noſtrarum poſita ſit,* Clariſſimus Dn. Ioh. Eichel comm. ad R. I. p. 302. *merito quoq; & ipſi ab uſu fundorum ſuorum reliquos omnes excludent. Neq; obeſt, quod dominium utile ſaltem habeant, directo deſtituti, cum & illius intuitu reliqui omnes removeri poſſint,* d. l. 1. Si ager. vect. ib. neq; auferri eos liceat l. 1. C. de adminiſtr. rer. publ. *verb.* Fundum vectigalem, ſi ſuis quibusq; temporibus debitæ quantitates inferantur, invito poſſeſſore auferri non poſſe manifeſtum eſt. *& de colonis perpetuis optimus textus eſt* l. 2. C. de Loc. prædior. civ. verb. Fundi reipubl. ab his qui nec titulo conductionis eos detinent, quiq; meliores cultu patrocinante reddiderunt, nec noſtrarum quidem ſanctionum nutibus auferantur. *Vt ita ius rei habendæ ex textibus hiſce colono noſtro perpetuo haud dubiè ſit adjudicandum.* Ius rei habendæ,

L.

Sequitur jus utendi fruendi, de quo tamen cum ex th. 44. ſic ſatis conſtare queat, non eſt quod eadem cantilena hic recantetur, quare lectorem eò remitto. Ius utendi fruendi.

LI.

Ad ipſa jam remedia pergamus ordo expoſcit, quæ vel in agendo vel excipiendo conſiſtent, tamve pro ipſa colonia tuenda, quam pro jure utendi fruendi competent. Acquiſitio autem ex præſcriptione circa quam hic verſamur, ratione utilis dominii colono perpetuo tribuit 1. actionem realem ſ. vindicationem emphyteuticariam utilem, ad rem ita præſcriptam perſequendam contra quemvis poſſeſſorem, etiam ſi canonem debitum ſolvat, contra dominum directum t. t. ſi ager. Remedia ſ. actiones ex hoc jure competentes pro ipſa colonia tuenda.

 vectig.

vectig. *vid.* Excellentiſſ. Dn. Struve Exercit. 9. ad Libb. Pand. th. 29. & 32. 2. *Iuxta* WVeſembecium ad tit. ſi ager. vect. *condictio ex lege*, *qui tamen in eo aſſerendo devius eſt, notatus eo nomine* Venerando Dn. Fratri obſ. theor. pr. ad illum tit. p. 410. *3. pro retinenda colonia ſua interdictum habet uti poſſidetis, cum enim hoc accommodetur poſſeſſori, qui neq; vi neq; clam, neq; precario poſſidet,* l. 1. uti poſſidet; *eorum verò nihil hic ſubſit, rectè quoq; colono noſtro hoc interdictum dabitur, contra turbatorem quemcunq;* Bocer. cl. 4. diſp. 5. th. 48. *Accedit quod hoc interdictum detur ei qui naturaliter vel civilite poſſidet* l. 1. in pr. §. 4. §. 8. D. d. t. *utrumq; autem de colono noſtro ſuo modo jam ante affirmavimus. Si quoq; ipſum deturbari contingat, intentare poterit 3. ad recuperandam poſſeſſionem interdictum unde vi, cum eo contra quemcunq; turbatorem reſtituamur, ſive naturales ſimus ſive poſſeſſores civiles* l. 1. §. 9. D. de vi & vi armat. *vide omnin.* Venerand. Dn. Fratr. ad d. tit. n. 11. *ubi colonum noſtrum inter eos refert, quib. interdictum hoc datur.* add. Perez. ad Cod. de jur. emphyt. n. 17. Hieron. Schurf. cent. 3. conſ. 49. n. 4. Alvar. Valaſc. de jur. emphyt. q. 18. n. 22. *Reliqua remedia quæ emphyteuta ex contractu vel conventione competere poterunt, hic non attingam, cum de illis aliàs ſatis conſtet. Et tantum de remediis quæ pro colonia ipſa tuenda competunt.*

LII.

Pro avertenda deteriorationę

Ne quoq; coloniæ noſtræ aliquod obtrudatur, quo deterior fiat, poterit colonus opus novum nunciare l. 1. §. 19. l. 3. §. 3. D. de oper. nov. nunc. *non modo extraneis, ſed etiam domino directo, juxta* Bartol. l. 1. §. nunciatio n. 9. de nov. oper. nunc. *vide omnin.* Alvar. Valaſc. q. 18. n. 23. *Comparatus habet eodem nomine, Aqua pluv. arcendæ, L. Aquiliæ, Arborum furtim cæſarum, Finium regundorum actiones, optim. & expreß. text.* l. 5. §. f. D. Arbor. furt. Cæſ. Oldendorp. cl. 5. act. ult. n. 6. *actionē item negatoriam adverſus ſervitutem imponere volentem.*

LIII.

Pro iure utendi fruendi,

Pro utendi fruendi facultate actio datur colono injuriarum, contra eum qui re ſua ipſum uti non permittit l. 13. §. 7. D. de injur.

LIV. Cum

LIV.

Cum igitur tot actiones leges noſtræ colono ſuppeditent, exceptiones quoq; ipſi non denegabuntur, quibus ius ſuum defendere & actiones intentatas elidere poſſit. Cui enim damus actiones, eidem & exceptionem competere, multo magis quis dixerit, inquit l. 156. §. 1. D. de R. I. l. 1. §. 4. D de ſuperfic. *De præſcriptionis autem exceptione vide* Carpzov. p. 2. conſt. 40. de fin. 2. Exceptiones.

LV.

Et hæc quidem remedia colono dantur, ſubjiciendum jam breviter aliquid de iis, quæ ipſi domino competunt, quo modo prima fuerit actio emphyteuticaria, quæ pro recipienda penſione, in recognitionem dominii, competit, Oldendorp. cl. 5. act ult n. 5. *2. Rei vindicatio directa, ſi res abſq; voluntate eius ad alium pervenerit, quive penſionem non ſolvat* l. 1. §. f. cum l. ſeq. D. ſi ager. vectig. l. 1. l. 2. C. de jur. emphyt. Venerand. Dn. Frat. ad tit. de R. V. n. 3. *ubi vindicationem directam & utilem exemplis ſubiectis exponit,* Oldendorp. d. cl. 5. act. ult. adfin. remed n. 1. *3. Actio hypothecaria, adverſus quemvis poſſeſſorem rei emphyteuticariæ, quia res ſ. prædium tacitè pro penſione cenſetur obligatum* N. 7. c. 3. §. ſcire autem 2. Oldend. d. l. n. 2. *4. Interdictum uti poſſidetis, ſi ſc. colonus finito jure ſuo, vel tempore, vel cauſa commiſſi, cedere nolit, vel etiam ſi canonem ſolvere detrectet.* Oldend. d. l. n. 8. Alvar. Valaſc q. 8. n. 8 *tum quoq; ad interdictum hoc rectè confugit, ſi quoc. modo & à quocunq; in civili ſua poſſeſſione turbetur.* Schneidevv. ad §. retinendæ I. de interd. n. 14. *5. Interdictum unde vi, illud enim civili etiam poſſeſſori datur* l. 1. §. 9. D. de vi et. vi arm. *& colonus finito jure ſuo non reſtituens ſpoliare videtur,* Bald. conſ 177. colum. 1. lib. 3. Alv. Valaſc. dict. quæſt. & num *6 Ratione laudemiorum datur domino directo condictio ex lege cum laudemiis certa forma à Juſtiniano ſit præſcripta* l. f. C. de jur. emphyt. Remedia domino dari ſolita.

LVI.

Sequitur ultimo loco ius alienandi, quod colono noſtro competere ex § adeò l. de locat. cond. *ſatis manifeſtum eſt, verb. aliove quocunq; modo alienaverit* l. 1. pr. D. ſi ager. vect. verb. Neq; his qui in locum eorum ſucceſſerunt, *Hinc in conſulto etiam domino* Ius alienandi.

 validè

validè coloniam oppignorat, l. 16. §. 2. D. de pign. act. *donat.* l. 1. l. 6. C. de fund. patrimon. *in dotem dat* arg. 2. F. 13. *legat. heredem vel in ea instituit* l. 71. §. pen. & ult. de legat. 1. *Vide* Venerand. Dn. Fratr. ad d.t. Si ager. vectigal. p. 412. *ubi praeiudicium subiungit. Ex statuto tamen passim & in his domini consensus requiritur, & extat eo nomine in hoc Ducatu saluberrima constitutio D. H. Iuly* wegen nicht vereusserung oder beschwerung der Lehn: Erbzins und Meyergüter/ *publicata 3. April. 1593.*

LVII.

Effectus in onere consistentes.

Ad onera colonum concernentia (th. 47.) *primo loco refera quod semper ad canonis persolutionem sit obstrictus, nec ob sterilitatem, bellum, aliamve vim majorem exortam, remissionem eiusdem sperare queat, nisi pensio esset magna & fructibus ferè aequalis*, Leonard. Less. de I. & I. c. 24. dub. 8. n. 49. & 50. *Damna siquidem particularia, quae non ipsam rei substantiam penitus laedunt, sibi asscribere necesse habet colonus*, l. 1. C. de jur. emphyt. *unde quamdiu vel minimum coloniae suae supererit, a praestatione pensionis annuae non erit immunis, cum pro parte adhuc extante recognitio fieri debeat. Vide* Anton. Perez. ad tit. de jur. emphyt. n. 12. 13. Venerand. Dn. Fratr. obs. ad tit. si ager. vectigal. p 411. *2. Ad meliorationes coloniae suae est astrictus, ita ut impensas eo nomine factas exigere aut repetere nequeat* l. 2. C. de jur. emphyt. Molin. de I. & I. tom. 2. disp. 456. n. 1. Caepoll. de servitut. urb. praed. c. 59. n. 18. *cui consequens est, quod suis sumptibus purgare teneatur aggeres & fossas, vias reficere, reparare puteos, &c. Vide* Alvar. Valasc. q. 26. n. 4. Molin. d. l. 3. *Ad dolum, latam & levem culpam tenetur*, arg. l. 5. §. 2. D. commod. l. 23. D. de Reg. jur. Mynsing. cent. 6. obs. 86. sub fin. Carpzov. Iurispr. for. p. 2. const. 38. defin. 33. Tulden. ad Cod. de jur. emphyt. n. 9. Aurel. Corbul. de jur. emphyt. q. 12. n. 24. *Add.* Excell. Struvii disput. de damnis sub Venerand. Dn. Fratre habitam th. 93 *ad levissimam verò ex natura contractus non tenetur*, d. l. 5. §. 2. commod. l. 23. de R. I. *ut pluribus persequitur* Harprecht §. adeò I. de locat. cond. n. 422. & seqq.

LVIII.

Hospitatione onera.

4. Onera realia colono nostro imponuntur, unde hospitatio mili-

taris

taris ipſi incumbit, eſt enim munus reale, l. 3. §. 14. D. de munerib. l. 11. D. de vacat. & excuſ. mun. l. 3. C. de muner. patrim. lib. 10. *quod à poſſeſſore præſtandum* t. t. de muner. & hon. *ergò & à poſſeſſore perpetuæ coloniæ, Vide* Venerand. Dn. Fratr. ad tit. de mun. & honor. n. 3. *ubi errorem Bornitis, hoſpitationem perſonale munus eſſe exiſtimantis, perſtringit. Adde eruditam diſſertationem ſolennem ſub præſidio eiusdem habitam* de hoſpit. milit. th. 35. tur colonus onere reali.

LIX.

Ad reliqua præterea onera publica, ratione rei ſuſtinenda, velut tributa realia & collectas tenetur colonus perpetuus, l. 2. C. de Jur. emph. *ibi* publicarum functionum, *neq; intereſt utrum tributa illa ſint modica ſive magna* l. 7. §. 2. D. de uſufr. *ubi* Bald. & Angel. *neq; utrum jam ante ſint conſtituta, vel de novo conſtituantur* l. 28. D. de uſu & uſufruct. legat. *ubi* Bartol Molin. de I. & I. tom. 2. diſp. 456. n. 4. *neq; idonea hic ipſi fuerit excuſatio, quod domino penſionem magnam teneatur præſtare,* Valaſc. quæſt. 17. n. 6. *ubi in citandis practicis valde eſt copioſus, quamvis id æquitati forte repugnet, monitore* Claro lib. 4. recept. ſent. §. Emphyteuſis q. 46. *Neq; immunis hic fuerit eccleſia, quæ iuri coloniæ contra laicos præſcripſit,* c. ſi tributum 11. q. 1 c. tributum 23. q. 8. *niſi lege, aut privilegio ſit exempta* l. 12. D. de vacat. mun. *Aſſertio autem hac probatur* 1. *expreſſo textu eoq; generali* l. 2. C. de jur. emphyt. ib. publ. functionum l. it. 2. 3 C ſine cenſ. vel reliq. l. 1. C. ſi propt. publ. penſit. l. 1. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contr. 2. *Colonus Dominium utile habet, reſpectu cuius etiam dominus appellatur* l 12. C. de fund. patrim. *& ius utendi fruendi ſibi vendicat* l. 1. §. 1. D. ſi ager. vect. §. adeò l. de locat. conduct. *omniaq; commoda & emolumenta prædii emphyteutici lucratur* l. 9. pr. §. 2. 3. l. 13. §. 5. D. de uſufr. *conſequens ergo erit, ut incommoda quoq; & onera perferat,* l. 10. de R. I. 3. *onera hæc, vectigalia ſc. & tributa ſequuntur poſſeſſorem* l. 7 D. de publ. & vectig. l. f. C. ſine cenſ. vel reliq. *E. etiam noſtrum colonum, quia poſſidet* l. 12. l. f. C. de fund. patr. Carpzov. p. 2. conſt. 38. def. 18. *quam totam huic quæſtioni impendit.* Maxim. Fauſt ab Aſchaffenburg cl. 12. ord. 894. Iul. Clar. l. 4. recept. ſent. §. emphyteuſis q. 46. *ſi tamen extraordinariè aliquid imponatur, perpetuam coloniæ utilita-* Ut & collectis & tributis.

tem

tem concernens, tum ex parte teneri proprietarium putat Molin. tom. 2. de I. & I. diſp. 456. n. 4. *ubi idem eſſe ſubjicit, & proprietarium pro rata teneri, ſi imponeretur aliquid ſubditis iuxta valorem & quantitatem bonorum, hoc n. caſu colonum ulterius non eſſe onerandum, quam pro æſtimatione utilis dominii, canone ſ. penſione deducta, ad reliqua verò perſolvenda proprietarium eſſe aſtrictum.*

L X.

Tenetur etiam & aſtrictus eſt ad perſonalia.

Neq; ad realia ſaltim tenetur munera, verum etiam perſonalia ſubit, l. 2. C. de jur. emphyt. verb. publicarũ functionũ, *quæ verba cum generalia ſint, omnia onera ac tributa publica comprehendunt, ſive realia ſint, ſive perſonalia, ratione rei emphyteuticæ, vide latè hoc probantem* Ludov. Molin. de I. & I. d. diſp. 456. n. 4. n, 6. & ſeqq.

LXI.

An colonus eccleſiæ ad hæc onera teneatur.

Quæritur autem de colono perpetuo eccleſiæ, an ille ad huiusmodi onera ſit obſtrictus. Negativa multis, iisq; inter Noſtros haud poſtremis arridet, Laur. Sylvan. conſ 9. in hac quæſtione per tot. Bartol. in l. privatæ C. de excuſ. mun. lib. 10. Bald. l. 1. colum. 1. C. de jur. emphyt. *ubi ad tributa & collectas colonum teneri aſſerit, niſi ſit colonus privilegiati.* Fachinæus lib. 1. contr. cap. 91. *ubi ex duplici ratione ita ſtatuit, & ad contraria reſpondet. Contrarium tamen & affirmativam non modo æquè gravibus auctoritatibus ſtabiliri, ſed & ipſo uſu comprobari aſſerit* Maxim. Fauſt ab Aſchaffenburg d. l. *Omiſſis autem ita ſentientibus, confirmari hanc ſententiam puto* 1. *vide quod collecta, ut modò præmiſſum, ratione fructuum ſolvantur ſive utilis dominii & poſſeſſionis, per iura* th. 44. 58. *adducta; eiusmodi autem omnia æquè ſunt penes colonum eccleſiæ ac quemvis alium, æquè enim coloniam illam eccleſiaſticam poſſidet, fructus percipit, & dominus utilis dicitur, unde eadem hic ſubeſt ratio, quæ autem ita ſunt, ab eorum uno ad alterum rectè infertur,* l. 32. D. Ad L. Aquil. 2. *Tritum noſtris axioma eſt, perſonæ conditione mutata, bonorum quoq; conditionem videri mutatam, noviq; poſſeſſoris conditionem inſpici* l. 6. D. de jur. fiſc. l. 90. §. 1. D. de acq. vel omit. hæred. c. un. §. verum de jur. patrim. in 6. *vide* Alvar. Valaſc. de jur. emphyt. quæſt. 17. n. 13. *ubi hoc brocardicum explicat, & caſui noſtro applicat.* 3. *Dominium utile eiusmodi colonorum eſt merè laicum & profanum, & propterea le-*

rea legibus ſecularibus ſubiectum, Ludov. Molin. de I. & I. tom. 1. diſp. 70. n. 3. Covarr. c. poſſeſſor. part. 2. §. 2. n. 6. 4. *Deniq; confirmatur hæc ſententia plerorumq; practicorum aſſenſu, quos magno numero recenſitos vide penes* Magnific. Dn. Caſpar. Klock. celeberrimum hoc ſeculo, & infinitæ lectionis ICtum, tr. de ærar. c. 11. n. 193 *ubi argumenta in contrarium adduci ſolita convellit, quæ omnia hic tangere inſtituti mei ratio non fert.* Iunge Valaſcum d. quæſt. 17. *ubi eandem cum Dn. Klockio ſententiam propugnat.*

LXII.

Coloni autem perpetui fundorum patrimonialium ſive principis, quorum fit mentio l. f. C. de fund. patrim. *ad onera quidem ordinaria tenentur, ab extraordinariis verò ſunt exempti, nec fatigari eis debent,* l. 1. & 2. C. de collat. fund patrim. *Non tamen eximuntur ab oneribus illis extraordinariis, quæ pietatis ac utilitatis reip. totius intuitu perſolvuntur, qualia ſunt viarum inſtructiones, reparationes murorum, puteorum ac pontium* d. l. 1. C. de collat. fund. patrim. *cum & eccleſiæ immunitatem hic prætendere neſciant* l. 7. C. de SS. Eccl. *Vide* Venerand. Dn. Fratr. diſp. 6. ad Cod. th. 32. 33. Ad quæ onera tenea ntur coloni fundorũ patrimonialium.

LXIII.

Poſtremò ad onera coloni noſtri non immeritò referes onus probandi, quod ſcil. per longiſſimum tempus canonem ſolvendo ius coloniæ præſcripſerit, quod tamen de illis locis ſive provinciis aſſerendum, ubi coloniæ perpetuæ non ſunt in frequenti uſu, ibi ſiquidem niſi expreſſè probentur, non ſunt præſumenda. Erneſt. Cothman. vol. 2. reſp. 79. n. 176. Aim. Cravett. p. 4. §. materia n. 118. *ubi autem contractus hic ſolitus eſt frequentari, ſufficit bonam fidem à poſſeſſore allegari, quæ ex curſu temporis longiſſimi præſumitur, ita ut probatione eius poſſeſſor gravari haud debeat.* Carpzov. part. 2. conſt. 40. def. 2. *ex fructuum etiam collectione per 10. 20. & 30. annos præſumptio valida pro colono noſtro reſultat.* Schneidevv. ad princ. I. de uſucap. n. 60. Add. Magonium in deciſ. Rot. Florent. 2. diverſ. deciſ. 718. part. 4. *ubi quomodo perpetua colonia probari poſſit latè tradit.* Molina de I. & I. tom. 2. diſp. 449. n. 12. Ad onera coloni pertinet probatio perpetuæ coloniæ.

LXIV.

Pergimus iam ad modos finiendi, ubi tamen prolixi eſſe nolumus, Modi finiendi.

 cum

cum iidem ferè ſint, cum emphyteuſi. Roderic. de ann. redit. lib. quæſt. 15. n. 52. verb. *ex quo ſequitur, eiuſmodi emphyteuſin præſumptam propter alienationem, aut non ſolutam annis pluribus penſionem, & aliis cauſis amitti, quibus regulariter perditur emphyteuſis eccleſiaſtica: non enim fictio in caſu ficto operatur plus, quam veritas in caſu vero.* *De modis autem ex conventione provenientibus non eſt quod ſimus ſolliciti, cum ius noſtrum præſcriptione ſit acquiſitum; recurrendum itaq; ad eos nobis eſt qui ex natura ipſius negotii citra conventionem exurgunt.* *Illi autem vel dominum reſpiciunt, vel colonum perpetuum, vel ipſam coloniam.* *Diſſolutio à parte domini contingit, ſi dominium eius ad certum tempus ſit reſtrictum, reſoluto enim tum iure concedentis, reſolvitur quoq; ius accipientis.* l. 31. D. de pign. & hypoth. *Ratione coloni extinguitur vel culpa eius interveniente, vel citra eius culpam.* *Ob culpam ſolvitur 1. ſi per triennium ex colonia ſeculari, per biennium ex eccleſiaſtica canonem non ſolvat* l. 2. C. de jur. emphyt. c. f. X. de locat. & cond. *2. Si domino ius ſuum intervertere conetur, i.e. neget ſe bona illa eo titulo & in modum perpetuæ coloniæ poſſidere, ita in terminis* Hondedæus vol. 1. p. 5. conſ. 86. verb. *Quod ſi ex curſu longiſſimi temporis ruſtici acquiſiviſſent ius perpetuæ coloniæ, eo privati eſſent, quia negaverunt eo iure bona retinere, eorumq; dominium ad eccleſiam ſpectare, aſſerentes ſe eſſe dictorum bonorum dominos.* *Vide plures ipſi citatos, qui omnes reſponderunt emphyteutam, vaſallum, & ſimiles, negantes ſe illo titulo poſſidere, amittere ius illud, quod intervertere conati ſunt; cum negans omni commodo rei negatæ privetur.* *Ad interverſionem autem poſſeſſionis requiritur cauſa nova extrinſecus adveniens, novus videlicet titulus habilis, alias non poteſt mutari cauſa poſſidendi, & ſic præſcribi.* Cardin. Tuſch. tom. 3. l. E. concl. 228. n. 25. Socin. conſ. 169. Non inutilis n. 17. verſ. ſed hic advertendum lib. 2. Caſtr. conſ. 213. viſo puncto. n. 2. col. 2. in pr. verſ. non enim potuit. lib. 2. *3. coloni reſpectu ius hoc perpetuarium expirat, ſi coloniam ſuam reddat deteriorem, quæ tamen deterioratio (1.) eſſe debet evidens, enormis & notabilis (2.) in re ipſa facta (3.) dolo vel lata culpa coloni.* *Probatur hic amittendi modus* auth. qui rem C. de SS. eccleſ. *& certi alias iuris eſt, eos qui aliena bona iure aliquo poſſident, detinentve, ius iſtud ſuum re aliena male utendo*

amitte-

amittere. Procedit illud in uſufructuario, l. 9. §. f. D. de damn. infect. §. 3. I. de uſufruct. *Vaſallo* d. auth. Qui rem *ubi* Caſtr. n. 3. *Vidua dotalitio malè utente,* Natta conſ. 447. n. 11. Cravett. conſ. 300. n. 4. *& plurimis aliis, recenſitis* Cothm. vol. 1. conſ. 57. n. 190. & ſeqq. *Confirmat hanc ſententiā,* Venerand. Dn. Frat. obſ. theor. pract. ad tit. ſi ager. vect. *Ampliſſimæ Facultatis huius præiudicio. Add.* Gama in deciſ. Luſit. 328. Aloyſ. Ricc. p. 6. collect. 2446. *Ad quem tamen pertineat iudicare utrum deterioraverit colonus, vel malè agrum coluerit, ad arbitrium boni viri remittendum eſſe cenſuit* Rot. Florentiæ apud magon. deciſ. 101. 4. *Finitur alienatione ignorante domino facta, non tamen quavis, ſed ſaltem ſi colonus ignorante domino vendat* l. 3. C. de jur. emphyt. ubi gl. in voc. vendere. Venerand. Dn. Frater d. t. Si ager. vectigal. p. 412. *Si moram in exhibendis publicarum functionum apochis fecerit* l. 2. C. d. t. *ubi* Perez. *Citra culpam coloni amittitur finita generatione ſive ſobole eius qui præſcribit, morte item naturali, ut & ingreſſione in monaſterium. Vide* Corbul. de jur. emphyt. c. 7. *Ultimo deniq; loco ratione ipſius coloniæ ius noſtrum extinguitur, ſi forma coloniæ prorſus immutetur, cuius ſylva extirpata exemplum eſſe nobis poterit.*

LXVI.

Et ita breviter modos amittendi recenſui; vide latius de his Corbul. Valaſc. & alios. *Extincto autem ita coloniæ perpetuæ iure, an cauſæ cognitione opus ſit, an v. propria autoritate dominus colonum poſſit expellere, de hac quæſtione vide magni nominis Ictum* Dn. Chriſtoph. Philip. Richter. p. 2. deciſ. 84 n. 9. *ubi cauſæ cognitionem requirit, & ita in Scabinatu Ienenſi pronunciatum refert, anno 1634. m. Febr. verb.* Weil nunmehr offt berührter Hennel, mit allen ſeinen Männlichen Leibes Lehnserben verſtorben, und ihr denſelben wegen einziehung des Lehns gebührlichen nicht beſprochen: ſo ſeyd ihr auch von dem itzigen *poſſeſſore* der Mühlen vor euch ſelbſt ſolch Lehn einzuziehen nicht berechtiget, ſondern bey der ordentlichen Obrigkeit deswegen eure Klag anzuſtellen ſchuldig V. R. W. *Adde* Carpz. 1. reſponſ. 87. Gail. 2. obſ. 51. n. 1. *qui ex* l. 13. D Quod metus cauſ. l. ult. de vi priv. *ad judicis cognitionem te rem. teent.*

Extincto jure perpetuæ coloniæ an cauſæ cognitione opus ſit, an v. dominus propria autoritate colonum expellat.

LXVII.

Affinia jur. perp. colon.

Affinia coloniæ huic emphyteuticæ varii generis ſunt jura, quæ inter præcipuè referenda locatio, locatio ad longum tempus, colonia partiaria, jus cenſiticum, ſuperficiarium, precariæ, libellarium feudum &c. in quibus tamen omnibus diverſitatem à noſtro jure reperire licebit; præterquam enim quod recenſita modo negotia ab expreſſa conventi ne dependeant, noſtrum vero jus præſcriptione nitatur, & in eo à reliquis omnibus ſit diverſum, præter illud, inquam, diſtingui à locatione *ſimplici ita poterit, quod hæc conſenſum expreßè deſideret* l. 1. D. Locat. ſ. ſin. l. de obl. ex conſens. *noſtrum verò jus ut modo dictum, præſcriptione ſit ſuffultum. 2. Ratione ſubiecti differunt in eo, quod locatio in re mobili æquè ac immobili fieri poſſit, coloniæ autem perpetuæ jus non niſi in immobilibus acquiratur,* l. 1. D. ſi ager. vect. l. 10. C. de excuſ. mun. lib 10. *3. Locatio ſimplex non transfert dominium* l. 39. D. Locat. l. 80. ſ. f. D. de contr. emptione. *colonus verò noſter eſt dominus,* l. 12. l. f. C. de fund. patrim. *4. Conductor ſimplex non poſſidet, ſed dominus per eum tanquam per inſtrumentum,* l. 10. l. 30. ſ. 5. D. de acq. poſſ. *colonus perpetuus poſſidet,* l. 15. ſ. 1. D. Qui ſatisd. cog. l. f. C. de fund. patrim. *5. Locator finito tempore, vel aliis neceſſitatibus emergentibus, conductorem poteſt expellere,* l. 3. C. de locat. cond. *dominus verò colonum perpetuum nequaquam.* l. 1. D. ſi ager. vectigal. d. l. f. C. de fund. patrim. *Vide* Alv. Valaſc. de jur. emph. quæſt. 20 *ubi viginti differentias locationis ſimplicis, & coloniæ noſtræ prolixè aſſignat.*

Locatio ſimplex.

LXIII.

Locatio cond. ad longum tempus.

Cum locatione conductione ad longum tempus tantam habet affinitatem, ut In. ol. c. nulli col. 3. verſ. ideô etiam, & in cap. ad audientiam col. 1. verſ. item adverte, de reb. eccleſ. *nullam eſſe hic differentiam aſſerat quoad effectum, ſed nomina ſaltem eſſe diverſa. Ita quoq; voluit* Faber *& multi alii citati* Valaſco q. 29. n. 19. *Verum & hic multum diſcriminis ſubeſſe ſequentia evincent. 1. pro colonia penſio modica perſolvitur, uti ex præced. conſtat, pro locatione ad longum tempus magna & fructib. proportionabilis,* Bald. l. 1. lect. 1. n. 9. C. de jur. emph. Iaſon. ib. n. 35. *2. Locatio ad longum tempus limitationem temporis habet, jus v. coloni noſtri perpetuum eſt, 3. In locatione*

ad lon-

ad longum tempus ſit remiſſio propter ſterilitatem; in noſtra autem materia locum ea non invenit, uti ſupra memini attigiſſe. 4. Colonus noſter penſionem ſolvit in recognitionem dominii, locator ad longum tempus pro fructibus. Ruin. conſ. 57. n. 10. l. 1.

LXIX.

Colonia partiaria.

A colonia partiaria variis quoq; modis differt. 1. Quod hæc magis ad naturam ſocietatis videatur accedere l. 25. §. 6 ibi quaſi ſocietatis jure D. Locat. *ubi* Bart. ad h. §. Bald l. emptorem n. 7. C. Locat. *à qua tamen perpetua colonia valde eſt remota, uti ex natura ſocietatis patet. 2. Datur ex tali contractu colono partiario, actio pro ſocio,* Bart. num. 1. Angel. num. 2. in l. ſi apes. D. de furt. Bart. l. cum in plures §. meſſem D. Locat. *ea tamen colonus perpetuus experiri haud poterit. 3. Colonia partiaria morte finitur, nec ad hæredes eſt tranſitoria, cum nec ſocietas tranſeat* l. 4. l. 31. D. pro ſocio, *quod ipſum tamen in colono noſtro aliter ſe habet. 4. colonus partiarius etiamſi per 30. annos, & amplius eò, fundum colat, non poteſt tamen adverſus dominum præſcribere, cum perpetuitas ſocietatis non poſſit præſcribi,* l. f. C. comm. divid. *colonus verò perpetuus quantus quantus eſt, ex præſcriptione eſt. Plures differentias vide penes* Valaſc. q. 30. *ubi 13. recenſet.*

LXX.

Iure cenſuali.

A jure cenſuali in eo differt, quod hoc dominium tam directum quam utile in recipientem transferat, poſſeſſionem item naturalem ac civilem, ita ut nihil juris penes concedentem remaneat, niſi quod in memoriam priſtini dominii penſio quædam ipſi perſolvatur. Colonus verò noſter utile ſaltem habet dominium, directo deſtitutus, naturalē itidem poſſeſſionem, civilem domino directo relinquens. Vnde profluit, in jure cenſuario penſionem ſolvi de re noſtra, ex colonia verò perpetua de, aliena. 2. In eo differunt, quod cenſuarius licet pluribus annis à ſolutione canonis ceſſet, non cadat jure ſuo gl. c. conſtitutus X. de relig. domib. verb juxta ratum, *quam plurimi probant, citati* Valaſc. q. 32. n. 30. *ſecus tamen id ſeſe habet in colono perpetuo. 3. Cenſuarius non tenetur conſenſum eius requirere ad alienationem cui cenſum ſolvit, ſed colonus perpetuus tenetur Vide* Valaſc. d. q 32 Clarum l. 4 recept. ſent. §. emphyteuſis q. 1. n. 2. Berlich. p. 2 concl. 47. n. 10 & ſeqq.

LXXI.

Ius ſuperficiarium.

Varia quoq; differentiæ inter coloniam noſtram & ius ſuperficiarium aſſignari poterunt, 1. ſiquidem illa abſq; penſione annua conſiſtere neſcit, cum hæc de illius ſit eſſentia, Venerand. Dn. Frat. obſ. theor. pr. ad tit. ſi ager. vectigal. p. 413. *ſuperficiarius autem nihil ſolvere poteſt, puta ſi ſuperficiẽ emat ſine obligatione ſolvendi aliquid, vel habeat ex legato, donato, vel alia cauſa lucrativa, ut eleganter exponit,* Bartol. l. f. D. de ſuperfic. *2. Ius noſtrũ perpetuũ eſt, ſuperficiariũ verò ius ad tempus conſiſtere poteſt.* 3. *Licet in eo ſuperficiarius cum colono noſtro conveniat, quod uterq; utile dominium habeat, in eo tamen differunt quod huius jura rem ipſam adeò afficiant, ut etiam ipſi competat vera ipſius ſoli poſſeſſio atq; vindicatio, unde etiam proprium uti poſſidetis interdictum habet* l. f. D. uti poſſid. *ſuperficiarius verò neq; ſoli ius, neq; poſſeſſionem habet,* arg. l. 3. §. pen. de oper. nov. nunc. *ſed ſolius ſuperficiei.* Venerand. Dn. Frat. ad tit. de ſuperficieb. n. 3. *Plures differentias vide penes* Valaſc. q. 33.

LXXII.

Ius precariæ.

A iure precariæ in eo differt, quod ad huius conceſſionem ſuperioris autoritas, & ita expreſſa conventio requiratur, Zoeſ. ad Decret. de precar. n. 1. *quam à noſtro jure alienam ſupra diximus. 2. precaria de quinquennio in quinquennium renovanda* c. 1. X. de precar. *quod ipſum in colonia non eſt neceſſarium. 3. per conceſſionem precariæ uſusfructus tantum acquiritur, uti ex natura precariæ notum eſt,* Zoeſ. d. t. n. 1. *noſtro a. caſu utile dominiũ transfertur. 4. à colono noſtro ſingulis annis penſio ſolvenda, quæ ex uſufructu precariæ plerumq; ſingulis luſtris perſolvitur. Vide* Valaſc. q. 34.

LXXIII.

Libellarii

Libellarium ius in eo à noſtro diverſum eſt, 1. quod requirat ſcripturam. 2. quod plus iuris tribuat quam ius noſtrum perpetuarium, ſiquidem ob non ſolutam penſionem livellaria non amittitur, quod de colonia noſtra affirmandum l. 2. C. de jur. emphyt. Cl. Ludvvell. Synops. feud. c. 2. p. 42. Clarus lib. 4. recept. ſent. §. emphyteuſis q. 1. n. 1.

LXXIV. Cum

LXXIV.

Cum feudo in eo jus noſtrum coloniarium convenit; quod utrumq; feudum *ſit jus quoddam dominio proximum, & utilem rei vindicationem producat*, l. 1. D. ſi ager, vect. 2.F. 8. §. rei autem. *Differunt à 1. quod à colono noſtro perſolvatur canon in recognitionem dominii*, §. adeò 1. de locat. cond. *Vaſallus verò nihil ſolvat, ſed eius loco præſtet ſervitia, textib. feud. paſſim. 2. Colonus noſter jus ſuum titulo donationis in alium transferre poteſt*, th. 55. *etiam domino non requiſito, Vaſallo hoc interdictum* 2.F. 55. pr. *plures differentias ſuppeditabit tibi* Everhard. in loc. Top. à feud. ad emphyt. n. 29. *Laudatus modo* Ludvvell. d. c. 2. p. 39.

LXXV.

Et tantum de colonia in acceptione propria ſed, ſtrictiori. Dixi autem th. 7. *vocabulum hoc ſumi etiam latius, pro quocunq; iure in re alterius, præſcriptione & uniformi aliqua præſtatione acquiſito; in qua ſignificatione ad feudalia, ſuperficiaria, & iura ſimilia nō minus recte poterit extendi. Ea v. acceptio ne nova alicui videatur, & recens mihi excogitata, adduco in teſtimonium magni nominis ICtum* Erneſt. Cothm. conſ. vol. 2. reſp. 79. n. 183. verb. Deniq; perpetuarium illud coloniæ jus in agris feudalibus &c. *Adde* Balb. de præſcr. p. m. 271. n. 1. Tiraquell. de præſcript. gl. 4. §. 1. n. 16. Hieronym. Schiurff. cent. 3. conſ. 49. *Ut ita acceptio hæc noſtris non videatur incognita.* II. Coloniæ Feudalis.

LXXVI.

Sedes iuris huius in bonis feudalibus fuerit 2.F. 26. §. ſi quis per 30. *ubi dicitur, quod ſi quis per triginta annos rem aliquam tanquam feudum poſſederit, & pro ea ſervitium exhibuerit, licet de ea non fuerit inveſtitus, præſcriptione tamē 30. annorū ſe tueri poſſit, & ſic tanto tempore rem in feudum præſcribere, effectus vaſallus eius cui ſervitium præſtat. Quos textus prolixè ſatis explicant* Henric. Roſenth. c. 6. concl. 77. Ludolph. Schrader. part. 5. c. 4. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 4. & ſeqq. Henning. Goden conſ. 46. n. 15. Gothof. Anthon. diſp. feud. 5. th. 3. 4. Sedes coloniæ feudalis.

LXXVII.

Dupliciter autem perpetua colonia in bonis feudalibus conſiderari poteſt Feudal. colonia quotupl. conſid.

poteſt, 1. quat. ius colonarium propriè & ſtrictius ſic dictum th. 7. in iisdem præſcribitur. 2. quat. longiſſimi temporis decurſu ius vaſallagii in bonis antea allodialibus acquiritur. Circa poſteriorem hanc conſiderationem theſ. ſeqq. *occupabor*

LXXVIII.

Colonia propriè & ſtrictius ſic dicta in bonis feudali præſcribitur.

Priori autem modo in bonis feudalibus ius perpetuæ coloniæ præſcribi poſſe, teſtis eſt, Hieron. Schiürff. cent. 3. conſ. 49. *verb. Et ſi videtur ſine dubio, quod ſi ſubditi præfecturæ per 30. annos pacifice & quiete prata in alienis dominiis ſita poſſederint, & ſemper uniformem cenſum ſolverint, quod intelligantur acquiſiviſſe ius emphyteuticum, ſeu dominium utile in eiuſmodi feudis.*

LXXIX.

Præſcriptio vaſallagii.

De poſteriori præſcriptione, vaſallagii ſc. agit præcipuè citatus modo §. ſi quis per 30. 2.F.26. *qui præſcriptionis huius requiſita exhibet, Doctoribus ad tria ſumma capita revocari ſolita, 1. ut probetur continuata poſſeſſio per ſpatium 30. annorum (quod indicant verb. textus,* ſi quis per triginta annos poſſederit) *2. ut doceatur rem tanquā feudalem poſſeſſam eſſe (verb.* rem aliquam ut feudum) *3. ſervitia domino eſſe exhibita. (verb.* & ſervitium domino exhibuerit.) *Hæc ex dicto textu colligunt,* Balb. de præſcript. p.m. 278. Decius conſ. 144. Molin. in conſvet. pariſ. §. 7. Hartm. Piſtor. lib. 2. part. poſter. quæſt. 46. n. f. Clar. Ludvvell. ſynopſ. feud. c. 8. pag. 2[illegible]. *Tribus a. hiſce requiſitis, quartum, bona ſc. fides poterit jungi; quamvis enim conſvetudines feudales vix textum ſuppeditent, ex quo illud probare liceat, æquitas tamen Canonica receptaq; imperio noſtro conſuetudo eandem videntur efflagitare, uti deinceps ibo probatum ubi priora requiſita ſub incudem prius revocavero.*

LXXX.

Requiſitū I. continuata poſſeſſio.

Poſſeſſio ſine interruptione continuata quod requiratur, haud dubiè patet, ex d. §. ſi quis per 30. t. t. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. l. 3. D. de uſucap. & paſſim X. de præſcr. *Et licet continuationis in d.* §. *expreſſe mentio haud fiat, Dd. tamen particulæ,* per, *ibi contentæ hanc vim tribuunt.* Vult. de feud. c. 9. n. 13. lib. 1. Gothofr. Anthon. diſp. feud. 5. th. 3. 4. *& poſſeſſio hæc non interrupta in ſucceſſore quoq; requiritur, ita ut hic cum autore ſuo eandem continuet, iuxta* §. diu-

tina

tina 7. I. de uſucap. l. un C. de uſucap. transform. l. 30. D. ex quib. cauſ. maj. Ampl. & Conſultiſſ. Dn. Præſes, Præceptor ac patronus plurim. honorandus, diſput. habita de inveſtit. feud. th. 19. *Vbi tamen notandum, alterutro ſive domino ſive vaſallo intra 30. annos mortuo, inveſtituram eſſe petendam, quæ non hunc effectum habet ut revera rem feudalem faciat, ſed tantum præſumptivè, ita ut renovatio illius ſit, quæ præceſſiſſe fingitur,* Gothofr. Anthon. diſp. V. th. 3. l. f. Henric. à Roſenthal. ſynops. feud. c. 6. concl. 77. n. 3. *Præterea in eodem hoc requiſito primo neceſſarium eſt, ut continuata ſit poſſeſſio per 30. annos,* d. §. ſi quis. *Quod equidem tempus longiſſimum quare hic requiratur, Doctoribus non convenit,* Eguin. Bar. ad d. §. ſi quis. Vult. l. 1. c. 9. n. 5. ſub fin. *nullam ſe ſcire, neq; etiam fortè dari poſſe dicunt, niſi quod jure Longobardorum ita ſit conſtitutum, quodve hic populus nullam aliam, quam 30. annorum agnoverit; ex hiſce etiam moribus in Galliam irrepſiſſe putat* Hotom. d. §. ſi quis *quod omnis ibi præſcriptio temporis ſit longiſſimi. Alii dicunt, tempus 30. annorum hic requiri, ob grave præjudicium & obligationem arctiſſimam, qua vaſallus & dominus ſibi invicem ad multa obligantur, ita* Roſenth. d. c. 6. concl. 77. n. 6. Cl. Ludvvell. Synops. feud. c. 8. p. 215.

LXXXI.

Refertur ſententia eorum qui minori tempore quam 30. annis coloniam hanc præſcribi aſſerunt.

Quamvis autem præſcriptioni juris noſtri perpetuarii triginta anni diſerto textu ſint præſtituti, invenire tamen licet haud infimi ſubſellii Ictos, qui longum tempus hic ſufficere arbitrantur, Rittersh. part. feud. c. 18. n. 6. Schrader. tract. feud. p. 4. c. 5. n. 7. *juxta quem, ſi vaſallus ex juſta cauſa, exiſtimans ſibi conceſſionem à domino vel ejus majoribus juſtè factam, cum id revera non contigiſſet, longo tempore tanquam feudum poſſederit, eum contra dominum præſcriptione tutum eſſe,* arg. l. 13. §. 1. D. de uſucap. l. 2. §. 15. D. de uſucap. pro empt. *Ut autem laudatum modo Schraderum inſpicienti patet, non abſolutè ille ita aſſerit; ſed diſtinguit inter præſcriptionem ex titulo vel à domino vel vaſallo dependentem. Priori caſu, ſiquidem poſſeſſor titulum aliquem putativum à domino habeat, ſufficere exiſtimat longum tempus per jura ſupra allegata, & hanc ſuam aſſertionem tribus caſibus ibidem declarat. Poſteriori, quando ſcil. à vaſallo, de feudo iſto inveſtito, & abſq; domini conſenſu alienante titulum acquiſiverit, intereſſe dicit, u-*

trum bonæ an malæ fidei ſit poſſeſſor. Si bonæ, triginta annorum præſcriptionem requiri, ſin malæ fidei poſſeſſor fuerit, (quia videl. ſcivit vaſallum hoc feudum absq; domini conſenſu alienare non potuiſſe) tunc non niſi ejusmodi temporis præſcriptione, cujus in contrarium memoria non extat, hanc rem contra dominum præſcribi ut feudum poſſe, ex hac ratione quod lex dicat: Feudum alienatum non legitimè, nulla obſtante præſcriptione à domino revocari poſſe, c. 1. §. præterea de capit. Corrad. 2. F. 40. *Pro priori diſtinctionis ſuæ membro, præſcriptione ſcil. longi temporis, textum ſolidè id probantem nullum affert, legibus itidem ex jure civili adductis diſertè contrariatur* d. §. ſi quis per triginta, *qui teſte* Henr. Roſenthal. cap. 6. concl. 77. n. 7. *ex recepta interpretum opinione generaliter intelligitur, ita ut ad præſcribendum jus vaſallagii ſemper tempus longiſſimum requiratur; unde cum textu deſtituatur Schraderus, ad Novell. 18. c. 5. pr. fuerit remittendus. Præterea licet jure communi in uſufructu aliisq; juribus præſcribendis 10. vel 20. anni ſufficiant*, l. f. in fin. & t. t. C. de præſcr. longi temp. *ſpeciale tamen eſt in feudo, ut non præſcribatur, etiam adverſus dominum directum, tempore minori, quam triginta annorum*, Balb. de præſcript. p. m. 284. n. 11. & p. 282. n. 8. *Deinde cum tam ex textibus juris feudalis, quam aliàs ex interpretibus conſtet, Longobardis præſcriptionem aliam quam temporis longiſſimi fuiſſe incognitam, apparet diſtinctionem Schraderi ſoliditati haud eſſe ſubnixam. Solet quidem afferri text.* 2. f. 87. *longi temporis mentionem faciens, ad quem tamen ut publicè jam notum, eſt reſpondendum, interpretationem ejusdem pro more conſuetudinum feudalium eſſe faciendam, non v. ſecundum leges juris Cæſarei, adeoq; cap. hoc extraordinarium exponendum eſſe ex ordinario*, 2. F 26. §. ſi quis per 30. *ut ita longum tempus ibi denotet 30. annorum ſpatium.* Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn. Præſes diſput. habit. de inveſtitura Feud. th. 19. Ludvvell. ſynops. feud. cap. 8. p. 216.

Quat. verum 30. annos hic requiri

LXXXII.

Quod modo dixi de præſcriptione triginta annorum, id ita intelligendum, ut verum ſit ad præſcribendum vaſallagium, ſive utile dominium, & plenum feudi jus acquirendum, ad quod 30. anni omnino requiruntur. Eſt enim magni præjudicii, inquit Clarus lib. 4. recept. ſent. §. feudum quæſt. 10. *ut quis efficiatur vaſallus alterius, ideò requiritur curſus 30. annorum. Quod ſi verò vaſallus per decem annos*

contr-

continuos rem aliquam tanquam feudalem poſſedit, feudalia inde officia exhibendo, aut infeudum recognoſcendo, tunc ſolennis conceſſio ſine ullo alio adminiculo aut vaſalli juramento præceſſiſſe præſumitur, arg.l.6.pr.D. de uſur. *modo vaſallus ſe in conceſſione fundet; quæ tamen præſumptio, per contrarias probationes à domino faciendas, elidi poteſt,* Gail.2.obſ.71.n.12. Clarus d.l. Ludvvell. ſynops. feud. c. 8.p.216. Roſenthal. c.6.concl.79. n.7. *Ubi tam ſe, quam Iulium Clarum immeritò à Vulteio reprehendi notat, quaſi præſcriptionem feudalem decennio compleri dixerit.*

LXXXIII.

Circa hanc quoq; triginta annorum præſcriptionem ulterius notandum, quod tum præcipuè ipſi locus ſit, ſi quis contra privatum feudum præſcribere velit, contra eccleſiam verò, vel remp. anni triginta non ſufficiant, ſed quadraginta requirantur, c. ad aures c. de quarta c. illud x. de præſcript. auth. Quas actiones C. de S.S. eccleſ. &c. Roſenth. c.6.concl.78 n.7. Ludolph. Schrader. p.4.c.5.n.17. Tuſch. Cardin. tom.4.l.p.concl.556. Ioh. Franc. Balb. tr.de præſcr. p.m.280.n.4. Mynſing. cent.4.obſ.29.n.3. Venerand. Dn.Frat.diſp.7.ad Cod.th.70. *Quæ tamen opinio, licet communis ſit, & in praxi recepta,* Guid. Papæ q.161.n.2. in deciſ. Gratianopolit. Schrader d.l.p.4.c.5.n.17. Vult. de feud. l.1.c.9.n.8.9. VVilh. Ludvvell. ſynops. feud. c.8. p.216. *recedunt tamen ab ea poſt* Baronem, Vult.d.l.n.8. Bocer. cl.4. diſp.14.th.47. Hunnius & *alii, qui ad præſcribendum feudum in re qualibet ſive privata ſit, ſive publica, ſive profana ſ. eccleſiaſtica, triginta annos indiſtinctè ſufficere arbitrantur, moti generalitate textus,* §. ſi quis *per 30. ubi inter privatum & eccleſiam non diſtinguitur, quando verò lex non diſtinguit, neq; noſtrum ſit diſtinguere,* l. 8.D. de public. in rem act. *Ad textus ex jure civili deſumptos reſpondent, aliud eſſe in præſcriptione rerum ipſarum eccleſiaſticarum vel publicarum, de quibus dicti textus loquantur, aliud in præſcriptione juris feudalis, quod ſalva proprietate quæ penes eccleſiam vel remp. manet, alicui conſtituitur,* Ludvvell. d. l.p.217.

Tum præcipuæ præſcriptioni 30. annorũ locus, quando contra privatum præſcribitur.

LXXXIV.

Ex principiis etiam juſti ſingularibus neq; hæc 40. annorum præ-

Quæ præſcriptio a-

ſcriptio

versus eccleſiam Rom. curr eat. *ſcriptio interdum ſufficit. Adverſus enim eccleſiam Romanam non præſcribitur niſi centum annis*; c. ad audientiam c. cum vobis c. ſi diligenti x. de præſcr. c. ſi qui. de præſcr. in 6. c. Nemo 16. q. 3. auth. Quas actiones c. de SS. eccleſ. *quæ inter errores Irnerianos minimè referenda*, Venerand. Dn. Frat. diſp. 7. ad Cod. th. 82. Card. Tuſch. tom. 5. l. p. concl. 562. Molin. de I. & I. tom. 2. diſp. 72. n. 4. Ioh. Franc. Balb. de præſcr. p. m. 280. Zoeſ. ad decret. tit de præſcr. n. 4. *Vide de præſcriptione hac centenaria, eccleſiæ conceſſa*, Conrad. Rittersh. differ. jur. civ. & Can. lib. 4. c. 14.

LXXXV.

Quæ adverſus Benedictinos. *Deinde adverſus monaſteria & fratres ordinis D. Benedicti, eosq. qui illorum privilegiis gaudent, ex ſingulari pontificis conceſſione non currit præſcriptio, niſi ſexaginta annorum, uti conſtat ex privilegio ab Eugenio Papa anno 1434. ipſis conceſſo, quod ſic habet: Nos in favorem obſervantiæ regularis, ex certa ſcientia, motu proprio, ac de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ volumus, ſtatuimus & decernimus, quod contra præfata congregationis monaſteria, loca, & perſonas, & bona aliqua, non currat præſcriptio, niſi poſt lapſum ſexaginta annorum, non obſtantibus &c.* Molin. de I. & I. tom. 1. diſput. 72. n. 4. & tom. 2. diſp. 449. n. 5. *Dantur etiam interdum loca pia tali privilegio ſubmixa, ut nulla præſcriptio ipſis obſtet, teſte* Card. Tuſch. tom. 5. l. p. concl. 545. *ubi Florentiæ contra Hoſpitale S. Mariæ Novæ & Hoſpitale Innocentum nullam præſcriptionem ex ſpeciali privilegio currere aſſerit, uti jam* th. 63. *memini dixiſſe.*

LXXXVI.

Contra vaſallum eccleſiæ codē modo quo contra quemvis privatum præſcribitur. *Licet autem eccleſia hoc privilegio gaudeat, ut nullam præſcriptionem niſi centenariam extimeſcat, contra vaſallos tamen ejuſdem, eodem modo & tempore, quo contra quemvis privatum præſcribitur, ſalvo tamen iure eccleſiæ*, Bart. in l. ſi publicanus §. in vectigalibus D. de publican. Balb. de præſcr. p. m. 359. Panormit. in c. ad audientiam, x. de præſcript. Angel. & Imola in l. uſucapionem D. de uſucap. *ubi tradunt, quod cauſam ab eccleſia habens, eius privilegiis in præſcriptione non gaudeat.* Alexand. conſ. 169. n. 5. lib. 2. *expreſſè quod 30. annis contra vaſalli eccleſiæ feudum præſcribatur, idem* Alexand. conſ. 92. n. 24. & ſeqq. lib. 6. Roſenth. c. 6. concl. 78. n. 9.

Card.

Card. Tuſch. tom. 5. l. p. concl. 962. n. 7. *Dixi, ſalvo jure eccleſiæ, unde licet quis contra vaſallum eccleſiæ 30. annis præſcripſerit, poteſt tamen eccleſia, contra quam præſcriptum hactenus non eſt, repudiare eiusmodi vaſallum & primum recipere.* Ludov. Molin. tom. 1. diſp. 70. n. 3. *niſi vaſallagium per 40. annos eſſet præſcriptum, tum enim amplius recuſare eum nequit,* Tuſch. Cardin. d. l. *Cautelam propterea ſuppeditat,* Alexand. conſ. 169. n. 5. l. 2. *quod ſcil. vaſallus eccleſiæ, contra quem alius per 30. annos præſcripſit, eccleſiæ auxilium contra præſcribentem debeat implorare, cum potentius ſit jus eccleſiæ, & contra eam non ſufficiat tempus 30. annorum, & quia eccleſiæ etiamſi contra eam eſſet præſcriptum, competat reſtitutio in integrum, ut ita vaſallus, quod ex ſua non poteſt, ex perſona alterius conſequatur,* Tuſch. Card. d. l. *Ratio autem quare contra vaſallum eccleſiæ non 40. ſed 30. annorum præſcriptio locum inveniat, hæc eſt, quod dominium utile hic præſcribatur, id quod non amplius eſt eccleſiæ, ſed privati,* Molin. tom. 1. diſp. 72. n. 3. Alv. Valaſc. de jur. emph. q. 17. n. 13. Anton. à Gama deciſ. 149. n. 5. & latè Covarr. ſc. poſſeſſor par. 2. §. 2. n. 6.

LXXXVII.

Triginta annis dominium quoq; directum præſcribitur à tertio non domino.

Ut autem per poſſeſſionem triginta annorum, cum ſervitiorum præſtatione, vaſallus feudum acquirit, ita verſa vice ſi quis per 30. annos ex fundo aliquo allodiali & libero, tanquam ex feudali, ſervitia receperit, is prædii huius dominium directum, & conſolidationis ſpem, ipſumq; fundi dominum vaſallum ſibi acquirit. Roſenth. c. 6. concl. 81. n. 1. Clar. lib. 4. recept. ſent. § feudum q. 19. Duar. de feud. c. 8. n. 2. Borcholt. comm. feud. c. 7. n. 9. Gothofred. Anton. diſp. feud. 5. th 3. Mynſ. cent. 4. obſ. 29. n. 9. Roderic. de annus & menſtr. redit. l. 1. q. 15. n. 63. *Quæ aſſertio, licet nullo juris feudalis textu probari poſſit, natura tamen correlativorum id exigit.* Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 16. Borcholt. d. l. Ludvvell. ſyn. feud. c. 8. p. 218. *Requiritur autem ut quis allodium alterius ut feudum præſcribat. 1. bona fides, cum hæc in vaſallo quoq; requiratur, uti deinceps fuſius probabo. 2. ut præſtatio hæc ſervitiorum fuerit determinata, facta ſcil. reſpectu certæ rei, ſi enim, ut loquuntur, fuerit informis, ſ. indeterminata, nō reſpectu certæ rei facta, non efficitur quis inde vaſallus,* Bartol. in l. cum

 de in rem

de in rem verſo, Schrader. d. p. 4. c. 5. n. 14. *Vide etiam ad hanc theſin*, Balb. de præſcr. p. m. 96. Roderic. de cenſ. l. 1. q. 15. *ubi cum Balbo, valdè hoc eſſe conſilium elegans pronunciat Nobilibus, qui operas & ſervitia à ſubditis recipere conſuevere, nec poſſunt probare de titulo, ſufficere enim tunc ipſis quod probent præſtationem diuturnam, ſiu longam conſuetudinem, cujus tamen limitationes vide penes eundem*, d. l. n. 64.

LXXXVIII.

Hoc; eodē tempore vaſallus directum dominium præſcribit, & contra dominus directus utile.

Hoc quoq́; tempore longiſſimo vaſallus libertatem, ſive directum feudi dominium contra dominum præſcribit, & verſa vice dominus utilis dominii conſolidationem. Prius tum contingit, ſi vaſallus de ſervitiis interpellatus ſervire detrectet, eam ob cauſam, quod neget ſe eſſe vaſallum, vel prædium ſuum eſſe allodiale, nec quicquam ſe feudi nomine poſſidere dicat, Roſenth. c. 6. concl. 82. n. 15. *tunc ſi dominus acquieſcat, à tempore iſto præſcribere incipit vaſallus, ita, ut ſi 30. annorum curriculum tacente domino abſolutum ſit, libertatem & directum feudi dominium præſcribat, acquirat, ac extinguat, ut tali ſlico jam ſit, ac ſi res iſta feudalis amplius non eſſet*, Roſenth. d. l. *Idem quoq́; dicendum nonnulli aſſerunt, ſi domino negotia ſupervenian, ad quorum expeditionem reliquos ſuos vaſallos, hoc quem nunc impetit, præterito, vocaſſet; e. g. ſi emenda militia, uxor ducenda &c. tunc n. juxta illos in quaſi poſſeſſione libertatis eſſe, ac præſcriptionem incepiſſe præſumitur; limitandum tamen hoc ita, niſi opera reliquorum vaſallorum ipſi ſuffecerit, huiusq́; miniſterio non indiguerit*. Ludolph. Schrader. p. 6. c. 6. n. 62. Roſenth. c. 6. concl. 82. n. 17. *ubi inconveniens aliquod ex hac aſſertione colligit. Poſterius, utilis ſc. dominii conſolidatio tum contingit, ſi dominus feudi poſſeſſionem nactus, illud per 30. annos bona fide tanquam rem ſuam allodialem poſſederit. Quæ præſcriptio tum maximè conſpicua, ſi defuncto vaſallo, dominus lineam primi acquirentis finitam exiſtimans poſſeſſionem occuparit, & tanto tempore quietè poſſederit, illo v. elapſo veniant, qui ſeſe agnatos eſſe & ex primo acquirente deſcendere dicant, præſcriptione enim contra ipſos ſe tueri poteſt dominus* Bald. d. §. ſi quis per 30. Borcholt. c. 7. n. 10. *ubi ſimilem caſum formatum videbis*. Mynſing. c. 4. obſ 28. Roſenthal. c. 6. concl. 83. n. 2. 3. *ubi ſubjicit, utramq́; hanc præſcriptionem in*

Galliis

Galliis non obtinere, ibi enim nec vaſallus contra dominum libertatem, nec dominus contra vaſallum utile dominium præſcribit.

LXXXIX.

Ultimo loco circa hanc longiſſimi temporis præſcriptionem nota. 1. quod oporteat annos iſtos 30. exactè eſſe completos, quod probat in textu poſita particula per *quæ temporis conſummationem denotat,* Bald. d. §. ſi quis per 30. *neq; ultimus annus cœptus habendus eſt pro completo,* Vult. de feud. l. 1. c. 9. n. 10. Schultz. ſynops. feud. c. 9. n. 87. *2. Si lapſu 30. annorum jus vaſallagii præſcribi poteſt, multo magis plurium, & præcipuè tempore immemoriali acquiri poterit,* Vult. d. l. n. 11. Schraderus p. 5. c. 4. n. 2.

Triginta anni exactè debent eſſe completi.

XC.

Secundum requiſitum ad jus hocce perpetuarium fuit, rem tanto tempore ut feudalem eſſe poſſeſſam, d. §. ſi quis per 30. *i. e. vaſallum poſſediſſe animo habendi in feudum, ſi enim alio animo poſſideat, effectum præſcribendi hæc poſſeſſio nullum operatur,* Balb. de præſcr. p. m. 278. *verum ſemper eodem modo & jure quo poſſeſſionem nactus poſſidere præſumitur, cum à primodio tituli poſterior eventus formetur, & ex titulo præcedente, quo conſtat aliquem poſſidere, jura ſtatuant,* Roſenthal. c. 6. concl. 80. n. 3. *Unde ſi conſtat pignori aliquando eſſe datam, etiamſi poſtea creditor annis 30. aut pluribus poſſederit, non convertitur in feudum, tum quod poſſeſſionis cauſam mutare ſibi nemo poſſit, tum quod mala fides hic ſubſit,* Roſenth. d. l. n. 7. *non enim poſſidet animo habendi feudum, ſed animo habendi pignus,* Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 12. *jus autem luendi pignoris præſcriptione 30. annorum non tollitur,* Borcholt. c. 7. n. 6. *ubi ad objectiones reſpondet.* Gothof. Anthon. diſp. feud. 5. th. 3. l. d. Schrader. p. 4. c. 5. n. 12. Mynſing. cent. 4. obſ. 29. *ubi teſtatur, etiamſi de hac quæſtione diverſa ac prorſus contraria extent quorundam Germaniæ ICtorum reſponſa,* tom. 2. conſ. Germ. conſ. 28. 29. 30. *hanc tamen ſententiam per aſſeſſores in camera eſſe approbatam. Limitandum verò hoc ita: niſi res ab initio pignori data, poſtea ab eo qui dedit, vel ejus hærede in feudum concedatur, mentione pignoris omiſſa, aut certe priori contractu diſertè reformato, tunc enim feudum acquiritur non præſcriptione, ſed inveſtitura,* Vult. d. l. 1. c. 9. n. 12. ſub fin. Borcholt. c. 7. n. 6. *quem omnino vide.*

Req. II. rẽ ut feudalem eſſe poſſeſſam.

XCI. De-

CXI.

Feudum pignoratitium an poſſit præſcribi.

Decidi hinc poterit quæſtio, ſi dominus alicui rem non ſimpliciter in pignus, ſed in feudum pignoratitium dederit, & is eandem vel heredes ejus longiſſimo tempore tenuerint, à domino directo recognoſcentes, quod nihilominus cognitio illa & poſſeſſio præſumatur juxta titulum præcedentem, à principio interpoſitum, licet in inveſtituris poſterioribus nulla ejus facta ſit mentio, ſed ſimpliciter feudi majorum factam recognitionem dicatur, uti ſupremum Cameræ tribunal in cauſſa Heſſen contra Guttenberg decidiſſe refert Roſenth. c. 6. concl. 80. n. 11.

XCII.

Req. III. ſervitium exhibitum

Tertium requiſitum fuit, ſervitium domino fuiſſe exhibitum, d. §. ſi quis per 30. cum enim vaſallo probare incumbat, ſe poſſediſſe ut feudum, vix aliter illud oſtendet, quam per exhibitionem ſervitiorum. Roſenth. c. 6. concl. 77. gl a. quamvis, Hartm. Piſtoris p. 2. q. 49. n. 29. ſervitii præſtationem non adeò exacte requiri arbitretur, cum ſimiles actus dari poſſint, quibus edoceatur rem tanquam feudalem fuiſſe poſſeſſam, pro qua ſententia, Alexandr. conſ. 169. vol. 2. & Molinæum conſuet. par. §. 7. citatum videbis. Modeſt. Piſt. vol. 2. conſ. 31. n. 14. verb. dieweil auch dieſe qualitas der Dienſte allein darumb erfodert wird/ daß man wiſſen möge/ ob der Beſitzer ſolche Güter als Lehn oder ſonſten alleine/ wie andere Güter inne gehabt/ derowegen auch Alexand. conſ. ſuo 169. vol. 2. col. 3. es davor achtet/ das gleich ſo viel ſey, ſi probetur alius actus ſimilis, ex quo diſcerni poſſit, eum poſſediſſe tanquam vaſallum &c. Non autem neceſſe eſt, ut ſingulis annis ſervitia illa feudalia præſtentur, ſed ſufficit vel ſemel eſſe exhibita, & ex eo annos 30. elapſos, cum per actum unicum poſſeſſio acquiri ſoleat, text. in c. cum eccleſia Sutrina de cauſ. propr. & poſſ. ubi Canoniſtæ. Roſenthal. d. l. gl. a. Mynſ. cent. 4. obſ. 29. n. 2. Vult. l. 1. c. 9. n. 15. Balb. de præſcr. p. m. 278. & videtur hoc ipſe §. ſi quis innuere, quando in ſingulari ſervitium requirit, non ſervitia, unde ſemel exhibitum ſufficiet. Ludvvel. ſyn feud. c. 8. p. 217. Ex eodem quoq; textu & hoc colligunt, non eſſe neceſſe, ut præſtetur ſervitium modo vaſallus in mora non fuerit, quo minus requiſitus exhibitum præſtiterit, Gothof. Anth. d. diſp. 5. th. 3. l. h. argum. text 2. f. 37. Hotom. d. §. ſi quis per 30. quaſi aliud ſit ſervitium exhibere, aliud ſervitium præſtare, & hoc quidem cum

dem cum effectu intelligatur, illud in ſolo apparatu & oſtentatione conſiſtat, Vult. l. 1. c. 9. n. 15.

XCIII.

Quartò deniq; requirimus bonam fidem, non quidem de jure civili, neq; fortè etiam de jure feudali, Roſenthal. c 6. concl. 77. n. 9. Modeſt. Piſt. conſ 31. n. 27. verb. und wiewol es die Feudiſten gemeiniglich dafür halten / daß in dieſer *præſcription bona fides* nicht von nöhten ſey / *&c. cum §. ſi quis per 30 mentionem eius nullam faciat; & quamvis* 2 F. 87. *bonæ fidei mentio fiat, illud tamen capitulũ inter extraordinaria extat, quæ cum per ſe nihil probent , neq; alii textus inde ſuppleri poterunt. Requiritur ergo hic bona fides ex æquitate Canonica, ut & recepta in imperio conſvetudine, de qua teſtatur* Mynſing. c. 4. obſ. 6. *ubi in Camera non ſemel ita judicatum refert.* Gail. 2. obs. 18. n. 7. & 10. Roſenthal. d. c. 6. concl. 77. n. 9. *ubi dicit, quod textibus juris feudalis hac in parte deeſt, ex canonibus eſſe ſupplendum. Omnia ſiquidem jura civilia quæ in præſcriptione malam fidem admittunt, per jus Canonicum correcta ſunt & ſublata, ita ut etiam in foro ſeculari teſte Mynſingero iuxta ea ſit judicandum. In præſcriptionibus enim tractari dicitur de peccato , quo caſu ſtandum eſſe volunt juri Canonico etiam in foro civili,* Iaſon. in l. 3. §. genera de acq. poſſeſſ. n. 18. Mynſ. dec. 5. reſp. 41. n. 12. 13. & d. obs. 6. *Iure â. Canonico nulla currit præſcriptio cum mala fide, præſcribens enim ſemper debet eſſe in bona fide, & nulla temporis parte conſcientiam habere rei alienæ,* c. 5. c. f. x. de præſcr. c. poſſeſſor. de R. I. in 6. *ita ut etiam in centenaria & immemoriali idem obſervari Dd. velint.* Mynſ. dec. 5. reſpons. 48. n. 27. id cent. 4. obs. 6. Magnif. Dn. Klock. tom. 1. conſ. 7. n. 290. Dyn. in d. c. poſſeſſor. de R. I. Roſenth. d. concl. 77. gl. h. *ubi & hic ad obſervationem Cameræ provocat. Diſſentientes videbis penes* Vasq. illuſtr. controv. c. 87. n. 17. & ſeqq. *Et hæc bona fides in præſcribente tantiſper præſupponitur, donec contrarium probetur.* gl. c. ſi diligenti x. de præſcript. verb. bona fide. *niſi enim probata fuerit ſcientia, ignorantia præſumitur. Vnde profluit eum qui præſcriptionem prætendit, non teneri bonam fidem probare vel allegare,* Panorm. c. f. x. de præſcr. Bald. §. ſi quis per 30. *& alii, cum tritiſſima iuris regula ſit bonam fidem in dubio præſumi, niſi probetur contrarium. Et hanc communem dicit*, Vasq. illuſtr. contr. l. 1. c. 79. n. 15.

Req. IV. Bona fides

Qui ergo dolum ſive malam fidem allegat, agendo, vel excipiendo, ad probandam eam eſt aſtrictus, l. 18. §. 1. D. de probat. *cum poſſeſſor juxta tritum axioma tamdiu bonus habeatur, donec contrarium probetur. Vide* Mynſ. decad. 5. reſp. 41. n. 15. & ſeqq.

XCIV.

Feudum præſcriptũ induit naturam feudi recti.

Feudo iam ita 30. annorum poſſeſſione, ſervitiorumq́; præſtatione quæſito, receptum eſt, illud induere naturam feudi veri, recti, & eius quod vulgo informe vocant, Roſenth. c. 6. concl. 77. n. 11. Gothof. Anth. diſp. feud. 5. th. 4. Petr. Gilken. de præſcript. p. 1. c. 6. n. 97. *ubi plurimos pro hac ſententia citat. Quare eodem modo, ut aliàs fieri conſuevit, vaſallo aut domino mutato, inveſtitura renovatio petenda, & fidelitatis juramentum præſtandum,* Roſenth. d. l. n. f. Vult. l. 1. c. 9. n. 15. in fin. Hotom. §. ſi quis per 30. Anthon. d. th. 4. *Succeſſioni itidem maſculorum erit locus, iuxta naturam recti feudi,* Balb. de præſcr. p. m. 280. n. 5. *& poterit præſcribens omnia illa iura exercere, quæ alias in feudo ſolent, præſcriptio enim inquit,* Balb. l. 1. C. de ſervit. & l aq. *loco veritatis habetur,* arg. l. 229. 230. D. de V. S. *Contrarius hic eſt,* Finckelthauſ. diſp. feud. 8. contr. 19. *feudum præſcriptum impropriis annumerans.*

CXV.

Hinc omnes feudi proprii effectus inde reſultant.

Hinc etiam omnes effectus ex proprio feudo reſultantes in colono noſtro perpetuo cernere licebit, ut 1. dominium utile ſ. ius dominio proximum, 2. f. 8. §. rei autem. 2. *jus percipiendi fructus* d. §. 3. *ius percipiendi & lucrandi incrementa rei feudalis naturalia, puta ſi alluvione quid adiectum,* 1. f. 4. §. pen. in fin. 5. *ius locandi rem feudalem, modo locatio fraudulenta non ſit,* 2. f. 9. §. donare. 6. *Ius & facultas de feudo tranſigendi etiam inſcio domino,* 2. f. 26. §. ſi vaſallus. 7. *Jus feudum refutandi, ſive alteri cedendi,* 2. f. 14. 8. *Ius ſub infeudandi,* 2. f. 3. §. 1. 2. f. 9. 9 *liberatur à probatione inveſtituram eſſe factam, item à probatione per juramentum, quo ſeſe inveſtitum eſſe aſſerat,* Mynſ. c. 4. obſ. 29 n. 4 Gothofr. Anthon. diſp. 5. th. 4. l. b. Roſenthal. c. 6. concl. 74. n. 4. 5. *ita ut dominus probare volens inveſtituram factam non eſſe, non ſit audiendus.* Vult. lib 1. c 9 n. 7.

XCVI.

Colono feudali et-

Haud poſtremus quoq́; præſcriptionis huius effectus eſt, quod colono noſtro, perpetuo ſive vaſallo, contra omnes, etiam ipſum dominum detur

detur exceptio, qua ſe in poſſeſſione ſua tueatur, Gothofr. Anth. th. 4. d. diſp. 5. Roſenth. c. 6. concl. 78. pr. *Competunt etiam ipſi actiones ex feudo dari ſolitæ, ut 1. rei vindicatio utilis* 2. f. 8. §. rei autem *qua experitur adverſus quemcunq; poſſeſſorem, etiam dominum ipſum, ſi is forte feudi poſſeſſionem fuerit nactus,* arg. l. 1. D. ſi ager. vect. Clarus §. feudum q. 89. *2. Confeſſoria & negatoria pro ſervitutibus aſſerendis vel negandis,* 2. f. 8. §. rei autem. *3. Interdicta non adipiſcendæ & retinendæ tantum, ſed etiam recuperandæ poſſeſſionis, modo notetur adverſus dominum ipſum non interdicto unde vi, ſed actione in factum eum uti debere,* arg. l. 11. D. de dol. mal. Roſenth. d. concl. 78. *4. deniq; officium iudicis implorare poteſt, ſi fortaſſis nimiis ſervitiis à domino oneretur, vel aliàs in poſſeſſione ſua turbetur,* Ludvv. ſyn. feud. p. 529. & 526. Roſenth. c. 12. concl. 12. n. 26. Bald. in c. imperialem 2. f. 55.

iam contra dominum directum datur exceptio.

XCVII.

Quod autem de præſcribendo feudo dictum eſt, ita demum locum habet, ſi præſcriptio talis civiliter vel naturaliter non fuerit interrupta. Naturaliter interrumpitur præſcriptio per corporalem rei poſſeſſæ amiſſionem, quæ contingit vel nobis volentibus, quando ſcil. derelinquimus, aut alii tradimus ex cauſa venditionis, pignoris, locationis &c. l. 33. §. 6. D. de uſurpat. & uſucap. *Civiliter interruptio contingit per actum aliquem civilem, veluti malam fidem, ſecundum canones, non verò iura civilia,* VVeſemb. p. 1. conſ. 8. n. 28. & 36. *item per litis conteſtationem, denunciationem & citationem iudicialem, aut ſi locus ei eſſe nequeat ob adverſarii abſentiam, furorem, potentiam &c. etiam extraiudicialem teſtatò factam. ſive præſcriptio ſit longiſſimi temporis,* l. 7. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. pr. *ſive longi* l. 2. C. de ann. except. Zoeſ. ad tit. de uſuc. n. 65. & ſeqq. *Vide* Schrader p. 5. c. 4. n. 30. *ubi aſſerit non per ſolam citationem, neq; per porrectionem ſupplicationis, vel libelli oblationem, præſcriptionem feudalem interrumpi, cum ea ſit favorabilis, pro qua ſententia,* Schiurff. conſ. 61. n. 18. l. 1. *ibidem adduxit.*

Coloniæ hæc tādiu durat donec præſcriptio ſit interrupta.

XCVIII.

Dubium autem ſuperveniens de re poſſeſſa an interrumpat præſcriptionem quæſtionis eſt. Diſtinguendum puto, an dubium illud ſtatim

Dubiū ſuperveniens an interrumpat præſcriptionem.

tim adſit ab initio præſcriptionis, an poſtea ſupervenerit. Si ſtatim adſit, præſcriptio minus rectè inchoabitur, eò quod in principio bona fides abſolutè & poſitivè requiratur, Zoeſ. ad t. de uſucap. n. 59. *Si poſtea ſupervenerit, haud ſiſtet præſcriptionem inchoatam, præmiſſa tamen quantum in ſe eſt diligentia ſuper rei veritate; hoc ſi fecerit præſcribens, ipſe ut poſſeſſor erit potior. Sufficit etiam præſcriptione currente non intervenire malam fidem, hanc autem non ponit dubium ſuperveniens,* can. ſi virgo 34. q. 9. *ubi tamdiu quis bonæ fidei poſſeſſor dicitur, quamdiu ignorat, id quod poſſidet alienum eſſe, is autem qui dubitat non habet ſcientiam rei alienæ, ergo erit bonæ fidei poſſeſſor.* Zoeſ. d. l. Mynſ. dec. 5. reſp. 41. n. 17. *ubi cumprimis hoc attendendum dicit, quod dubitans de iure ſuo cenſeatur eſſe bonæ fidei poſſeſſor, tam de iure civili quam Canonico, & poſſit licite uti poſſeſſione,* l. ſi priusquam D. de nov. oper. nunc. Bart. in l. Barbarius col. 12. D. de off præt. in repert. *ſi ergo licite poſſidet, ergo poteſt præſcribere, etiam iure Canonico,* Panorm. c. f. de præſcr. n. 39. Gl. c. ſi diligenti verſ. bona fides in fin. Bald. l. ſuper longi C. de præſcr. longi tempor. Felin. d. c. f. *ubi dicunt communem eſſe opinionem, quod dubitatio præſcriptionem non interrumpat, vide* Mynſ. d. l.

XCIX.

III. Colonia ſuperficiaria. *Et hæc quoq; dicta ſufficiant de perpetua colonia feudali in acceptione latiori* (th. 75.) *ſic dicta Ead: autẽ acceptio accommodari poterit ad ius ſuperficiariũ, titulo nullo prævio, præſcriptione legitima acquiſitum, tanta ſiquidẽ hic ſubeſt affinitas, ut* Baldus in l. 1. col. 3. v. pone in quodam. C. de jur. emphyt. *dixerit, ſuperficiarium, ſi quid annuum vel menſtruũ præſtiterit eſſe emphytentã. Quod quidẽ aperte falſum eſſe conſtat ex* obſerv. Vener. Dn. Fratr. ad tit. de ſuperſ. n. 1. *ubi inter emphytentã, vaſallum, & ſuperficiarium, formaliter tales, hanc aſſignat differentiam, quod priores habeant veram ipſius ſoli poſſeſſionem, hic verò neq; ſoli ius neq; poſſeſſionem habeat,* arg. l. 3. §. pen. D de oper. nov. nunc. *ſed ſolius ſuperficiei.* Add. Valaſc. de jur. emphyt. q. 33. n. 3. *& obſtat Bartolo expreſſus textus,* in l. 74. D. de R. V. *ubi etiam is quis præſtat penſionem annuam ſuperficiarius nihilominus dicitur. Inter illos ipſos tamen materialiter conſideratos, & ut titulo nullo prævio per præſcriptionem iura ſua acquiſiverunt maxima eſt affinitas.*

C.

An ius ſuperficiariũ præſcribi queat. *Quod autem ius tale perpetuarium præſcribi poſſit, conſtat ex*

l. 26. D.

l. 26. D. de uſucap. l. 12. §. 2. D. de publ. in rem act. *ubi dicitur ſuperficiario dari publicianam, ergo poterit præſcribere*, arg. §. 4. l. de action. t.t. D. de publ. in rem act. Bart. in l. 3. §. ex contrario D. de acq. poſſ. *Vide* Balb p.m. 155. & 271 *ubi hanc conſequentiam affirmativè ſaltem non negativè procedere aſſerit, & aliam rationem ipſius iudicio meliorem ſuppeditat, quod ſc. ſuperficiarius ius quod habet ſuperficiarium & naturaliter & civiliter poſſideat, unde rectè quoq; præſcribat*, l. 25. D. de uſuc. c. 3. de R. I. in 6.

CI.

Præſcribitur autem ita in ſuperficie vel ius emphyteuticum Alvar. Valaſc. q 33. n. 11. *ubi eodem modo quo detur emptor ſuperficiarius, conductor ſuperficiarius &c.* l. 1. §. Qui ſuperficiem D. de ſuperf. *emphyteutam qq. ſuperficiarium dari ſcribit*, Bart. in l. 1. §. Quod autem D. de ſuperf. *vel ſuperficiarium* d. l 12. de publ. in rem act. *Quæ poſterior præſcriptio noſtri modo eſt propoſiti, ad quam requiritur 1. longiſſimi temporis poſſeſſio*, arg. l. malè agitur. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. l. f. C. de fund. patrim. §. ſi quis per 30. 2. f. 26. Bartol. in l. 3. §. ex contrario n. 4. D. de acq. poſſ. Balb. de præſcr. p. m. 27. *Quamvis* Ioachimus Hagemeierus ſynopſ. Iuris feud. c. 6. th. 44. *in prædiis ſuperficiariis & emphyteuticis 10. vel 20. annos ſufficere putet, probans hanc ſuam ſententiam* pr. 1. de uſucap. *qui tamen textus, cum nihil planè probet, ipſi forte per ſomnium aliquando obiectus. 2. Solutio certæ penſionis annuæ, uniformiter facta*, l. 74. D. de R. V. l. 2. §. 17. D. Ne quid in loc. publ. l. 15. D. Qui pot. in pign. gewiſſer gleichförmiger Bodenzins. *3. Bona fides, cum ſine ea præſcriptio hodie non procedat, ut latius antea dictum*,

In ſuperficie ita præſcribitur jus vel emphyteuticū vel ſuperficiarium.

CII.

Acquiſita hoc modo perpetua colonia ſuperficiario competit 1. utilis rei vindicatio, l. 74. de R. V. l. 3 §. 3. de oper. nov nunc. *2. publiciana* d. l. 12. §. 3 *ſi poſſeſſione excidat ante completam præſcriptionem. 3. utile communi dividundo judicium, ſi à duobus illa præſcriptio facta ſit. 4. actiones utiles de ſervitutibus ſuperficiei debitis*, l. 1. §. 9. D. de ſuperf. *5. utile interdictum de iisdem* d. l. & §. *6. Interdictum duplex de ſuperficiebus ad exemplum interdicti uti poſſidetis*, l. 1. §. 2. de ſuperf. *7. Nunciatio operis novi*, l. 3. § 3. de oper. nov. nunc. *Vide latè de his* Valaſc. q. 33. n. 13. & ſeqq.

Actiones colono ſuperficiario competentes.

CIII.

IV. Colonia paſcuaria. *Pergo ad ius paſcendi, quod ipſum etiam Doctorib. nomine perpetuæ coloniæ ſive juris perpetuarii venire, probo ex* Ern. Coth. vol. 2. conſ. 79. n. 230. Hieron. Panſchm. quæſt. pract. lib. 1. q. 22. n. 40. *ubi diſtinguit, quantum ad ius paſcendi, inter colonum titulo ſubnixum & eodem deſtitutum. Poſteriorem hunc colonum ſi adſint requiſita cætera, jus coloniæ perpetuæ præſcribere aſſerit, mox ſubjiciens & eandem diſtinctionem juri paſcendi applicans, attenta hac diſtinctione, inquit, jam recitata, rectè ea ad propoſitum noſtrum accommodari poterit. Unde patet ipſi nomine perpetui coloni & eum venire, qui paſcendi ius titulo nullo prævio legitimè præſcripſerit.*

CIV.

Ius paſcendi an inducatur ex uniformi canonis præſtatione. *Quæritur a. hic ſtatim, an colonia hæc paſcuaria ex eo induci poſſit, quod dominus fundi recepta ſingulis annis uniformi præſtatione paſſus ſit pecora vicini in paſcua ſua immitti. Negativam videtur tueri* Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſ. 7. q. 2. n. 16. *ubi hanc dubitandi rationem ponit.* Aber diß gehet allein an *(ac jure perpetuæ coloniæ loquitur)* in unbeweglichen Gütern/ die man pfleget in *emphyteuſin* zu geben/ dieweil es aber nicht breuchlich/ daß man ein *jus* oder Dienſtbarkeit in *emphyteuſin* gebe/ *cum natura emphyteuſeos conſiſtat in re immobili &c.* So kan allhie *contra naturam rei circa quam verſamur (jus paſcendi intelligit)* kein *emphyteuſis præſumiret* werden *&c. Ergò nec jus perpetuæ coloniæ, cum præſumpta emphyteuſis nomine illo veniat. Eiusdem opinionis ſunt,* Abb. Hoſtiens. & Anth. de Butri. in c. dilecti de arbitr. Canoniſtæ c. f. de conſuet. *& plurimi alii citati* Beſoldo reform. pol. VVürtemb. tit. von Weyd und Schafordnung. *Contrarium tamen forte fuerit verius uti ex ſequentibus planum fiet.*

CV.

Iuri paſcendi præſcribi poteſt. *Et quidem præſcribi iuri paſcendi poſſe, inde conſtat, quod indubitati iuris ſit, ſervitutes, & ſic etiam paſcendi ius præſcriptione poſſe acquiri,* l. 1. & 2. C. l. 20. D. de ſervit ubi Dd. l. 3. §. 4. D. de aq. quotid. & æſt. Dd. ad §. Æquè I. de act. Berlich. concl. pract. p. 2. concl. 49. n. 2. Panſchm. d. q. 22. n. 36. Balb. p. 228. Cæpoll. de ſervit. ruſt. præd. c. 9. de ſervit. jur. paſc. n. 24. Card. Tuſch. tom. 6. l. p. concl. 111. 112 113. 114. Ioh. Schneidevv. ad pr. tit. de ſervit. ruſt. & urb.

urb. præd. n. 31. Mynſ. c. 4. obſ. 53. Id. cent. 2. decád. 11. reſp. 8. n. 3. Modeſtin. Piſtor. vol. 1. conſ. 7. q. 1. n. 1. *qui omnes de præſcriptione huius iuris locis citatis agunt.*

CVI.

Acquiſitio hac iuris paſcendi quæ præſcriptione nititur, & ius perpetuarium inducit, ſua iterum habet requiſita, quorum primum eſt tempus legitimum. Circa hoc verò diſtinguendum inter ius civile & Saxonicum. Iure civili certum eſt, ſervitutes habentes cauſam diſcontinuam non niſi immemoriali tempore præſcribi, l. 3. §. 4. D. de aq. quot. & æſt. l. foramen D. de Servit. urb. præd. Modeſt. Piſt. vol. 1. conſ. 7. q. 1. n. 1. verb. Auff die erſte frage/welcher geſtalt/und durch wie viel Jahr *ſervitus paſcendi præſcribiret* werde / ſonderlich nach Sächſiſchen Rechten/iſt zu antworten/ daß *ſervitus paſcendi* nach gemeinen Käyſerrechten nicht *præſcribiret* werde/ es ſey dann das ſich einer derſelben über Menſchen gedencken auff eines andern Grund und Boden gebraucht; Aber nach Sächſiſchen Rechten wird ſolche Dienſtbarkeit durch 30. Jahr/ Jahr und Tag verjahret/ wenn ſich einer derſelben auff eines andern Grund und Boden ſo lang geruhlich und ohne verhinderung gebraucht. Paniſchm. lib. 1. q. 22. n. 26. Mynſ. cent 4. obſ. 53. *quem omnino vide. Servitutem autem pecoris paſcendi diſcontinuam eſſe, & factum hominis requirere, ſatis manifeſtum eſt & probatur*, l. 14. D. de ſervitut Modeſt. Piſt. vol. 1. conſ. 7. q. 1. n. 6. verb. Dieweil nun dieſe Dienſtbarkeit der trifft/ nicht kan ohne Menſchen hülff geübet und gebraucht werden / und doch unmüglich/ daß ein Menſch das Viehe ſtets an einen Ort treiben könne / ſo wird auch ſolche Dienſtbarkeit *inter ſervitutes diſcontinuas* gerechnet/ daraus denn auch ferner folget/ daß ſie nach gemeinen Käyſerrechten nicht ehe *præſcribiret* werde/ denn wenn man ſich derer über Menſchen gedencken gebraucht etc.

Requiſitũ I. ad jus paſcedi, tempus.

CVII.

Secundum requiſitum ad præſcriptionem iuris paſcendi ſcientia eſt & patientia adverſarii, Bart. l. 2. n. 9. C. de ſervit. & in l. ſervitutes in fin. pr. l. Quoties D. eod. tit. *Vti enim ſine poſſeſſione in rebus corporalibus non procedit præſcriptio*, l. 25. D. de uſucap. c. 3. de R. I. in 6. *ita in ſervitutibus non currit præſcriptio ſine quaſi poſſeſſione, quæ hic nihil aliud eſt, quam uſus ſervitutis cum patientia adverſarii.* Bart. in l. 1.

II Requiſ. ſcientia & patientia adverſarii.

In l. 1. n. 5. C. de ſervit. l. 1. § denlq; n. 4. de aqua pluv. *& hoc eſt quod Imperator innuit*, d. l. 1. C. de ſervit. verb. nec vi nec clam &c. Modeſt. Piſt. d. conſ. 7. q. 1. n. 1. verb. Vnd iſt hierauß auch gnugſamb zu ſehen/ welcher geſtalt die *præſcriptio* geſchehen möge / nemblichen das zu einer ſolchen Verjahrung ein ſolcher gebrauch gehöre/ denn man nicht mit gewalt/ noch heimlich/ noch durch bitte/ und auff ſonderliche vergünſtigung oder wie man es nennet *precario* erlanget; und darumb ſagen die Rechtslehrer/ das in *acquirenda præſcriptione ſervitutum* in allewege von nöhten ſey *ſcientia & patientia adverſarii &c. Et ſi ſcientia vel patientia eius contra quem præſcribitur, probari poſſit, ius hoc paſcendi præſcriptione 30. vel 40. annorum acquiri poſſe defendit* Card. Tuſch. tom. 6. l. p. concl. 114. n. 4. *Imo ſi allegari poſſit titulus, tunc etiam in ſervitutibus diſcontinuis ſufficere decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes putat*, Mynſinger. decad. 2. reſp. 11. n. 12.

CVIII.

III. Req. canon uniformis.

Tertiò requiritur ut canon uniformis fuerit perſolutus, vel aliud aliquod ſervitium ad feudi imitationem uniformiter exhibitum, Modeſt. Piſt. d. conſ. 7. q. 2. n. 14. verb. Aber das wehre wohl einer fragen wehrt / wie die Hoffmeiſter zu S. über Rechtsverwehrte Zeit ſolche Trifft gegen etlichen gewiſſen Dienſten gebraucht / und dagegen ſolche Dienſte über Rechtsverwehrte Zeit *continuè* geleiſtet / ob ſie dann nicht dadurch eine erbliche Gerechtigkeit erlanget / und ſo viel/ das man ihnen ſolche Trifft nicht mehr auffſagen konte / ſondern ihnen die/ umb die Dienſte ſo ſie zuvorn geleiſtet/ hinforder auch laſſen müſſe/ wie man in *ſimili* pfleget zu ſagen von den Laßgütern / derer ankunfft man nicht weiß/ das man die denen/ ſo ſie über Rechtsverwährte Zeit umb einen unveränderten Zins inne gehabt / umb denſelben Zins erblich laſſen muß etc. *ubi laudatus modo Piſtoris hanc à ſe motam quæſtionem in* ſeqq. n. 17. *affirmat, verb.* das ſie über Rechtsverwehrte Zeit Jährlichen ſolche Pflüge und Korndienſte geleiſtet/ und dagegen der trifft ohn einrede gebraucht/ ſo hette die Sach auff des Kloſters ſeyten ein groß anſehen. Cothm. vol. 2. conſ. 79. n. 209. & ſeqq. *ubi ejusmodi penſionem annuam*, Wieſezins/ Weidepflicht/ Weidehaben *appellat.*

Quid obtineat ſi canon difformis fuerit.

CIX.

Secus tamen rem ſe habere idem aſſerit, ſi de immutatione præſtationis

tionis conſtare poſſit, Eod. conſ. quæſt. 2. n. 18. verb. Es konte auch in ſolchem Fall des Kloſters vermeinte Gerechtigkeit meines erachtens anders nicht abgelehnet werden/ denn do man erweiſen könte/ das die Hoffmeiſter zu S nicht allwege einerley dienſte vor ſolche trifft gethan/ſondern einmahl mehr/das andermahl weiniger. Item das ſich bißweilen die Hoffmeiſter des treibens auff der Junckern zu V. Verboth enthalten müſſen/ biß ſie wieder mit den Junckern willen troffen/ denn da ſolche veränderung konte dargethan werden/ wie im bericht angezeiget/ das ſolches etliche alte Leute gedencken ſollen/ ſo erſchiene daraus/ daß das Kloſter keine erbliche Gerechtigkeit habe/ ſondern daß die Vergünſtigung der Triefft bey der Junckern zu V. gefallen geſtanden/ *argumento eorũ quæ de diſpari præſtatione tradit* Angel. in l. malè agitur C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Et quæſt. 3. n. 23. conſ. eod. Würde auch das Kloſter auff eine Erb trifft *articuliren*, die gegen etlichen Jahrlichen gewiſſen Pflugdienſten und Kornführen *conſtituiret* wehre/ ſo wolte alsdenn von nöhten ſeyn/ dagegen zu beweiſen/ das keine gewiſſe Dienſte gepflogen/ ſondern das man einmahl dieß/ ein andermahl jenes gethan/ einmahl mehr/ einmahl weiniger Tage gefronet. *Vide etiam de uniformi hac præſtatione* Panſchm. l. 1. quæſt. 22. n. 40. *& princip. iſtius quæſtionis 22. fictione caſus* verb. *ita tamen ut certam pecuniam in unum quodq; pecoris immiſſi caput Academiæ uniformi præſtatione ſolverent.*

CX.

Quartum requiſitum eſt bona fides, uti enim hæc ad omnem præſcriptionem ex æquitate Canonica requiritur, ita & hic abeſſe non debet. Verum de hoc requiſito ſupra plenius actum, ut non opus ſit hic ea recantare. vide th. 93.

Requiſ. IV. bona fides.

CXI.

Secundum hæc requiſita ſi præſcriptione quæſitum eſt ius paſcendi, ita colonus ea uti debet, prout ſervitus illa eſt præſcripta, arg. l. 1. §. 6. D. depoſ. l. 11. D. de ſervit. urb. præd. Cæpolla de ſervit. ruſt. præd. c. 9. n. 17. Berlich. l. 2. concl. 49. n. 9. Schneidevv. ad tit. de ſervit. R. & V. P. n. 31. *Quod ſi itaq; generaliter & ſimpliciter eſt præſcripta, tunc poteſt quis cuiuscunq; generis pecora immittere*, arg. l. 23. D. de ſervit. urb. præd. l. 7. pr. D. commun. præd. Cæpoll. d. c. 9. n. 18.

Colonus prout præſcripſit, ita jure paſcendi uti debet.

Berlich.

Berlich. d. concl. n.13. *Si v. non ita ſimpliciter præſcriptio facta ſit, locum habebit tritum axioma,* ex l.1. §.4. D. de itin. actuq; priv. *Quod tantum præſcriptum cenſeatur, quantum poſſeſſum. Vnde ſi quis in paſcua ſua certum genus pecorum, oves puta vel boves immitti paſſus eſt, contra illum non præſcribitur ius in iisdem campis paſcendi capras, ſues &c* arg. l. 13. pr. de S.R.P. Berlich. d. concl. n. 11. Cæpoll. d. c. 9. n. 17 ſub fin. Schneid. ad d. t. n. 31. *ubi in notis addit Gothofredus paſcendi ius ab una ſpecie animalium expreſſa, ad aliam extendi non debere.*

CXII.

Qui pro certo numero præſcripſit majorem numerum immittere nequit.

Infertur ex illo axiomate ulterius: ſi quis per legitimum tempus in paſcuis alienis 1000. oves pavit, non poteſt ille ultra hunc numerum in paſcua illa immittere, & licet grex ille poſtea creſcat & augeatur, non tamen ſervitus illa augeri debet, text. eleg. l. 1. §. 18. D. de aqua. quotid. & æſtiv. l. 12. C. de ſervit. & aq. *ubi prædiis auctis non augetur modus aquæ ducendæ ab initio conceſſus, quam legem Bald. & in ſervitute præſcripta locum invenire aſſerit, cum & hæc limites & terminos ſuos non excedat,* l. 1. §. 4. D. de itin. act. priv. Berlich. d. concl. 49. n. 10. Schneidevv. ad pr. I. de S.R. & V.P. n. 31. & 32. *ubi ita pronunciari ſolere teſtatur.*

CXIII.

Neq; poteſt ovilia de novo extruere ſi cum uno præſcripſit

Colligitur inde porrò, ius paſcendi ex uno ovili non poſſe in plura ovilia dividi, unde præſcribens non poteſt novum ovile extruere illo in loco ubi antea nullum fuit, ne ruſtici eius loci paſcuis deſtituantur, Colerus part. 1. deciſ. 218. *cui contrarius videtur* Modeſt. Piſt. vol. 1. conſil. 14. q. 1. n. 3. 4. 5. *verb.* Es irret auch hieran nicht das vorhin an dieſem ort keine Schäfferey geweſen/ dañ es iſt einem jeden erlaubt ſeine güter täglich zu bawen und zu beſſern/ *Eſt enim conſtructio ædificiorum de iure gentium & cuilibet libera ut notat,* Iaſon. in l. ex hoc jure n. 6. de I. & I. *Aſſertio tamen hæc Piſtoris tum fortè fuerit vera, ſi paſcua tam præſcribenti quam illi contra quem præſcriptum, ſufficiant. Vide* Berlich. d. concl. n. 12.

CXIV.

An domino paſcua immutare & ad culturã poſſit reducere.

Cum quoq; præſcriptio tantum tribuat, quantum expreſſa conventio, imò traditioni comparetur, l. 20. C. de pact. *hinc facilè decidi poterit*

poterit quæſtio, utrum dominus fundi ſervientis poſſit paſcua illa immutare & ad culturam reducere, invito eo cui ius paſcendi debetur? Reſp. diſting. Aut enim dominus prædii ſervientis reducendo fundum ſuum ad culturam, vel ipſum meliorando nocet ſervituti impoſitæ, e. g. ſi piſcinam faciat, vites plantet, & tum prohibendus eſt, l. 9. pr. D. ſi ſervit. vend. l. 7. C. de ſerv. & aq. l. 15. §. 6. 7. D. de uſufr. *ubi dicitur proprietarium non poſſe uſufructuario fundo ſervitutem imponere, ex quo deterior fiat conditio uſufructuarii*, Cæpoll. de S. R. P. c. 9. n. 40. *ubi hanc quæſtionem ſolidè pertractat*. Modeſtinus Piſt. conſ. 14. q. 1. n. 9. vol. 2 verb. Dieweil dan nun durch das außroden des Holtzes *ſpecies fundi* verendert/ und auß Holtze Aecker und Wieſen gemacht werden/ und durch ſolche verenderung der Hertzogen alle ihre Gerechtigkeit/ ſo ſie an ſolchem Holtze haben/ entzogen wird/ die doch dreyerley iſt/ als die Jagt/ Maſtung/ Baw und Brennholtz/ daran keines Ihre F. G. haben oder brauchen können/ wenn das Holtz weg iſt/ ſo folgt auch das die von W. an ſolchem außroden unrecht gethan/ dieweil dadurch die *conditio* der Hertzogen *deterior* worden/ welches doch nicht ſeyn ſoll/ wie auß den obgeſchriebenen Rechtsgründen zu erſehen: *Non obſtat hiſce quemlibet rei ſuæ moderatorem eſſe & arbitrum*, l. 21. C. mandat. *illud enim in rebus ſaltem verè propriis, & omni jure ad nos pertinentibus procedit*, Modeſt. Piſt. d. conſ. n. 16. verb. Denn ob wohl ein jeder ſeiner Güter mechtig/ und ſeines gefallens damit gebahren kan/ ſo hat doch ſolches den Verſtand/ das es alſo zugehen müſſe/ daß einem andern der auch eine Dienſtbarkeit und Gerechtigkeit an ſolchen Gütern hat/ durch ſolche veränderung kein Nachtheil zugefüget werde/ *ſic enim quis agrum ſuum meliorem facere poteſt, ne vicini deteriorem faciat*, l. 1. §. Deco opere D. de aq. pluv. *Aut v. ejusmodi immutatio à domino facta non nocet ſervituti paſcendi, veluti ſi paſcua ita meliorare intendat, ut ſecari poſſint, & tum prohiberi nequit, modo patiatur domino fundi dominantis eodem modo quo antea pecora ſua ibi paſcere. Vide* Cæpoll. d. l. Schneidevv. ad pr. t. de ſervit. R. & V. P. n. 33. 34.

CXV.

An is contra quem præſcripto pecora ſua in eadem paſcua mittere poſſit?

Ex eo itidem quod præſcriptio traditioni comparetur, imò in præſcriptione ſervitutis paſcendi patientia ſit loco traditionis, l. 11. §. 1.

de publ. in rem act. l. f. de ſervit. Venerand. Dn. Frater obſ. theor. pr. p. 1. ad tit. de ſervit. p. 434. *ex eo, inquam, apparet, quid reſpondendum ſit ad quæſtionem, qua quæritur, an is contra quem tale jus præſcriptum, nihilominus re ſua uti poſſit & ibi etiam ſua pecora paſcendi retineat poteſtatem.* *Affirmat* Card. Tuſch. tom. 6. l. p. concl. 114. Matth. VVeſemb. p. 3 conſ. 113. n. 19. & ſeqq. [n. 43. Colerus conſ. 4. n. 4. 5. & 15. per l. 6. C. de ſervit. & aq. l. 17. D. de ſervit. Ruſt. præd. *in tantum, ut ſi paſcua utriſq; non ſufficiant, dominus fundi ſit præferendus,* Coler. vol. 1. deciſ. 228. *ubi & alios allegat.* *Et hæc opinio à practicis probata, recepta & in uſum forenſem deducta eſt,* Covarr. pract. quæſt. 37. n. 1. tom. 1. *Diſſentiunt circa eandem & contrarium amplectuntur citatus modo* Covarr. d. l. verb. *ut videas lector candide, quæ portenta praxis ex pravo & difficili quorundam judicio induxerit.* Hieron. Schurff. cent. 1. conſ. 69. n. 23. verb. *etiam cum excluſione eorundem.* *Et hæc poſte ior opinio fortè fuerit verior, cum enim per præſcriptionem dominium præſcribentis adjiciatur,* l. 1. D. de uſucap. *apparet præſcribentem reliquos omnes à re præſcripta excludere. Dominiorum enim vis præcipua in excluſione aliorum à re noſtra conſiſtit ſi primam originem & rem ipſam attendamus; probatur etiam hæc aſſertio* ex l. 11. D. de ſervit. *ubi dicitur pro parte domini ſervitutem acquiri non poſſe. Vide* Berlich. d. concl. 49. n. 6. *ubi ſine deciſione opiniones haſce refert.*

CXVI.

In quib. reb. hoc jus paſcendi præſcribatur.

Præſcribi hoc jus poterit in omnibus prædiis quæ non ſunt exempta. Eximi bona eccleſiaſtica putat, Card. Tuſch. tom. 6. l. p. concl. 111. *Laici, inquit, non poſſunt per ſtatutum vel conſuetudinem inducere ſervitutem juris paſcendi in bonis eccleſiæ, imò tales conſuetudines tanquam contra libertatem eccleſiæ ſunt nullæ, & ſcientes ſunt ex communicati, cui tamen aſſertioni abſq; textu prolatæ fides vix fuerit adhibenda. Deinde omnis quoq; præſcriptio ceſſat in compaſcuis* (Koppelweiden) Matth. de affl. dec. 290. *Compaſcuorum ſiquidem uſus revera nihil aliud eſt, quam precarium reciprocum, quod nullo unquam tempore præſcribitur,* l. malè agitur 2. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. *Quin in compaſcuis jura familiaritatis & mutuæ qs. ſocietatis attenduntur, at vero ſocius contra ſocium quamdiu in communione ſunt non præſcribit, &*

bis, & ita pronunciatum refert, Carpz. p. 2. conſt. 4. def. 14 verb. Dieweil aber dennoch bemelte Triefftgerechtigkeit denen von Ebeleben und deſſen Wartenbergiſchen Unterthanen nicht *jure ſervitutis*, ſondern nur auß Vergünſtigung als eine Koppelweide zuſtändig / in welcher es im Rechten dieſe gelegenheit hat / das hierinnen keine *præſcriptio* zuläſſig / ſondern dieſelbe nach art eines *precarii reciproci* zu jederzeit wiederruffen werden mag. *Quod ſi verò cauſa aliqua nova ſupervenerit, quæ jus ſervitutis inducere poſſit, veluti ſi contra prohibitionem alterius à compaſcuis quis non abſtinuerit, ſed per longiſſimum tempus paſcuis fuerit deinde uſus, præſcriptio rectè procedet*, Carpz. d. l. def. 15.

CXVII.

Præſcripto jure paſcendi pro eo aſſerendo datur 1. *domino actio confeſſoria*, l. 2. §. 1. D. ſi ſerv. vind. *non quidem directa, quandoquidem hæc datur ſi expreßè ſervitus conſtituta fuerit, ſed utilis*, l. 1. §. f. D. de aq. & aq. pluv. ſub fin. Modeſt. Piſt. vol. 1. conſ. 7. q. 3. n. 19. *ubi docet quid probare teneatur confeſſoriam intentans.* 2. *Si ex forma ſtatuti præſcriptio facta, competit domino fundi dominantis condictio ex illo ſtatuto*, per l. 1. cum ib. not. D. de cond. ex lege. Cæpoll. de ſervit. R. P. d. c. 9. n. 36. 3. *Iudicium communi dividundo, ſi ſc. inter eos qui una præſcripſerunt, quibusve ſimul jus paſcendi competit, contentio oriatur*, Berlich. p. 2. concl. 49. n. 17. Cæpoll. d. l n. 37. 4. *Poteſt opus novum nunciare qui præſcripſit, ſi dominus fundi ſervientis paſcua ad culturam velit reducere, vel aliud quid novi moliatur*, l. 5. §. 9. l. 3. §. 3. D. de oper. nov. nunc. 5. *Deniq; intentare poterit interdictum uti poſſidetis & ſimilia.* Remedia pro jure paſcendi competentia.

CXVIII,

Servitus hæc paſcendi legitimè ita præſcripta, certis modis rurſus extinguitur, de quibus vide Schneidevv. & Dd. ad §. ult. I de uſufr. Cæpoll. de S. R. P. c. 9. n. 31. & ſeq. *omnes enim recenſere inſtituti mei ratio non fert. Quæro ſaltem, ſi alicui ſervitus juris paſcendi ad certum numerum immittendum debeatur, & is plura pecora ibi paverit, an amittat jus paſcendi? & reſp. quod non* l. 11. D. Quemadm. ſervit. amitt. l. 1. §. 18. D. de aq. quotid. & æſt. 2. *Si debeatur alicui ſervitus juris paſcendi pro certo pecudum genere, equarum puta, vel vac-* Jus paſcendi quot modis expiret.

 carum

carum, & ille alterius generis pecora immiſerit, an perdat ius ſuum? & Reſpond. quod ſic. Idem quoq; eſt quando debebat uti certo tempore vel loco, & is alio tempore vel loco uſus ſit, l. 10. l. 18. D. ſervit. quem. adm. amitt. *3 ſi paſcua à potentiori occupentur, an jus paſcendi perdatur, & negativè reſpondeo,* l. 12. D. ſervit. quemadm. amitt. Bald. in l. malè agitur C. de præſcr. 30. vel 40. ann. *4. Si univerſitas præſcribat paſcua & quidam ex illa univerſitate vendat fundum ſuum cum omni jure ad ſe ſpectante an amittat jus paſcendi. Et videtur, quod ſic etiam tacitè aliena verit jus paſcendi, inq; emptorem transtulerit,* l. f. §. 1. D. ſi ſervit. vind. *contrarium tamen verum putat.* Cæpoll. d. c. 9. n. 35. *quem omnino vide. Et tantum quoq; de perpetuario hocce paſcendi jure.*

CXIX.

V. Ius perpetuarium lignandi. *Eodem quoq; modo præſcribi poterit ius perpetuarium, quod lignandi ſive boſcandi vocant, quod itidem non præſcribitur niſi tanti temporis ſpatio, cuius initii memoria non extat, cum habere dicatur cauſam diſcontinuam,* Dn. Klock. tom. 1. conſ. 37. n. 332. verb. Vnd allgemachſam durch erſeſſene/Vhralte/ ohnverdenckliche Verjahrung in geſagtem geſtrauch/ wo nicht die gantze Beholtzung *quoad jus dominii,* dannoch das *ius lignandi* zu erlangen. *Et in hanc ſententiam, quod ius lignandi immemoriali præſcriptione acquiratur, reſpondit* Pariſ. conſ. 27. n. 30. vol. 1. *& communem eſſe opinionem pronunciat* Anton. Gabriel. lib. 5. tit. de præſcript. concl. 1. n. 10. *Vide latè de hoc iure* Petr. Phil. Corn. conſ. 294. VVeſemb. p. 2. conſ. 69. quod totum huic juri impendit. Balb. p. m. 231. Matth. de Affl. deciſ. 290. n. 6. *ubi ex* l. venditor D. comm. præd. *probare conatur, valere conſvetudinem, ut quis oblato pretio poſſit incidere ligna, vel quid ſimile in fundo alterius,* Panſchm. vol. 1. q. 22. n. 41. *ubi plures citat.* Card. Tuſch. p. 6. l. p. concl. 114. *ubi docet, quomodo poſſeſſio hæc probetur, & in fin. ſubjicit, præſcriptione 30. vel 40. annorum ſine titulo, probata ſcientia & patientia eius contra quem præſcribitur, hoc ius acquiri,* Add. quoq. Dn. Klock d. conſ. 37 n. 373. & ſeqq. *ubi docet, q i-bus iurium remediis poſſeſſio vel quaſi iuris lignandi defendi poſſit. Et* Gothofred. ad Schneid. de S. R. & V. P. pr. l. ee.

CXX.

An ab hæredib. major copia lignorum *Acquiſito ita lignandi iure, quamvis præſcribenti plures exſtant hæredes, ſeparatim habitantes, maioremq; lignorum copiam ad familiæ*

milia uſum requirentes, illi tamen ſupra modum illum & uſum quo ius lignandi præſcriptum, ligna exſcindere nequeunt, Iaſon. l. quo minus n.140. de flum. Tiraquell. de retract. prox. §. 14 gl. 1. n. 4. & 5. *quantum enim poſſeſſum tantum quoq́ præſcriptum, ut ſupra expoſui. Vide* Matth. VVeſembec. p.2. conſ.69. *quod totum de iure lignandi concepit, imprimis oſtenſurus quando pro ſervitute perſonali, quando pro reali ius lignandi ſit habendum.*

deſecari poſſit, quã à præſcribente factũ

CXXI.

Ius autem quod ita circa ligna alterius eſt præſcriptum, impedimento non eſt, quo minus dominus directus idem ius alteri in eadem ſylva poſſit concedere, modo ligna utriſq́ ſufficiant, l. 2. §. f. D. de ſervitut. ruſt. præd. l.4. D. de aq. quot. & æſt. *Vide* Cæpoll. de S.R.P. c.22. n.15. *ubi n. ſeq. & illam quæſtionem pertractat, an is qui ius lignandi præſcripſit, pro lubitu ſuo ligna in illo nemore poſſit incidere.*

Vna cum præſcribente jus lignandi aliis concedi poteſt.

CXXII.

Affine lignationi I. eſt ius colligendi & percipiendi ramos ex quercubus, die Eichenzöpffe / *quale ius itidem præſcribi ſub certa penſione annua poſſe teſtatur.* Cothm. vol.2. conſ. 79. n.19. verb. *pro collectione & perceptione ramorum ex quercubus tres groſſos numeratos teſtium dicta probant, adde principium iſtius conſilii verb. ita ut reos.*

Ius perpetuariũ colligendi ramos ex quercubus

CXXIII.

II. Ius cortices tiliarum deglubendi, & in uſum transferendi, de cujus præſcriptione, vide eundem d. conſ. n. 22. verb. *Deniq́ ut alia quæ huius generis ſunt mittamus, actores pro corticibus tiliæ deglubendis & in uſum ſuum transferendis, certum etiam onus ſubiiſſe & ſuſtinuiſſe teſtimonia oſtendunt, add. pr. iſtius conſ. verb. ita ut reos.*

Ius cortices tiliarũ deglubẽdi.

CXXIV.

III. Ius cædendi pedamenta vel perticas lupulum excipientes, die Hopffenpfäle / *Idem* Cothm. d.l.n.6. verb. *Nam actores pro ſcocco pedamentorum vel perticarum lupulo excipiendo idonearum, duodecim aſſes dominis reis ſolviſſe, uti teſtes aiunt,*

Ius cædendi perticas lupulum excipiẽtes.

CXXV.

IV. Ius glandis legendæ vel depaſcendæ, Idem d. l.n.20. verb. *Adhuc pro glande legenda vel depaſcenda certum dediſſe pretium, uti actorum & reorum teſtes concorditer teſtantur.*

Ius glandis legendæ

CXXVI.

Ius nuces colligendi.

V. Ius nuces colligendi & percipiendi, Cothm.d.l. n. 21. verb. *præterea pro nucibus colligendis & percipiendis duodecim aſſes ſolviſſe, quemadmodum teſtes diſertè dicunt.*

CXXVII.

Ius conficiendi carbones.

VI. Præterea ad ius lignandi ratione materiæ pertinet ius conficiendi carbones, quod eodem modo præſtita penſione annua acquiri poteſt. tom. 1. Illuſtr. conſ. Germ. conſ. 31. pr. verb. *Etiam hoc ius eſt inter cætera, ut carbones ad uſum ſuum omnis generis conficere poſſint, ſoluto conſueto pretio. &c.*

CXXVIII.

An hæc iura ad coloniam perpetuam referenda.

Qui dubitat num hæc iura etiam ad coloniam perpetuam poſſint referri, eiusve nomine venire, explicare poterit ſæpius laudati, Ernest. Cothmanni v 2. conſ. 79. ubi n. 46 *hæc iura à* th. 120. *modo recenſita, refert, &* n. 48. *perpetuæ coloniæ vocabulum de ipſis pronunciat.* Add. n. 140. *ubi præcipuam perpetuæ coloniæ notam commodè omnibus hiſce iuribus applicare poſſe animadvertes.*

CXXIX.

VI. Ius piſcandi perpetuarium

Præter recenſita iura colonaria ius piſcandi quoq; in modum perpetuæ coloniæ, ſive iuris perpetuarii præſcribi poſſe aliquatenus conſtare poteſt, ex l. 7. D. de diverſ. tempor. præſcr. Modeſt. Piſt. vol. 1. conſ. 70. per tot. *ubi hoc ius piſcandi ut feudũ conſtitui, & per conſequens ut feudum præſcribi poſſe innuit. Feudũ autẽ præſcriptũ perpetuæ coloniæ nomine venire, ſupra attigiſſe memini. Vide de hoc iure quat. mihi hic venit conſiderandum*, Illuſtr. Germ. ICtornm tom. 1. conſ. 31. pr. Ioh. Schneidevv. ad §. flumina 2. I de R. D. Barthol. Cæpoll. de S. R. P. c. 42. n. 3. *Præterea etiam, ſi certum eſt, iuxta* Coth. vol. 2. conſ. 79. n. 140. *perpetuæ coloniæ eam eſſe principuam notam, quod colonus perpetuus præter certam penſionem nihil ſolvat, quodq; dominus rei, accepta illa certa & uniformi penſione; colono perpetuario liberam poſſeſſionem relinquere cogatur, minus etiam dubium erit, ius piſcandi perpetuæ coloniæ nomine poſſe indigitari, cum ea nota iuri huic ineſſe poſſit, ut modo planum fiet.*

CXXX.

Quanto tempore iuri piſcandi præſcribatur.

Præſcribitur iuri piſcandi tanto tempore cuius initii memoria non extat;

extat ; licet enim jura gentium & loca publica non præſcribi aliàs notum ſit, l. 45. D. de uſurp. & uſuc. Beſold. theſaur. pract. voce Fiſchfang/ *illud tamen intelligendum de tempore 10. 20. vel 30. annorum, non v. de tempore, quod hominum memoriam excedit*, l. 3. §. ductus aquæ D. de aq. quot. & æſtiv. Schneidevv. d. l. ad §. flumina n. 9. Balb. de præſcript. p. m. 472. Angel. in l. f. de uſucap. per text. l. uſum aquæ C. de aquæduct. lib. 11. Angel. Aretin. in d. §. fluminum I. de R. D.

CXXXI.

Quæ præſcriptio tum maximè currere incipit, quando quis ſolus in fluminis diverticulo eſt piſcatus, & alios piſcari ibi volentes prohibuit, qui & prohibitioni huic acquieverint ; ex illo enim tempore prohibens in quaſi poſſeſſione juris piſcandi conſtituitur, & tempore legitimo accedente præſcribit. Schneidevv. ad d. §. flumina n. 9. Magnif. Dn. Klock. tom. 1. conſ. 29. n. 200. verb. Vorab dieweil fürs ander höchſtgedachte Churpfaltz vor 30. 40. 50. und mehr Jahren in berührter Queichenbach allein gefiſchet / und andern / inſonderheit aber den Landawiſchen Unterthanen über bewehrte Zeit Rechtens ſolches nicht geſtatten wollen / wie mit vieler Zeugen Außſage zu behaupten. Es iſt aber außfündigen Rechtens / das in Krafft dergleichen langwierigen ohnverrückten *poſſeſſion* und gebrauchs / der brauchend ihme eine eigenthümbliche ſonderbahre Gerechtſamb / und zwar ein ſolch *jus piſcandi acquirire* und erwerbe / daß er andere ſo ſich fürters deſſen anzumaſſen unterſtehen möchten / davon abtreiben / und ihr fürnehmen des fiſchens verwehren könne und möge. *Quod ſi etiam piſcatus aliquis fuit in certo loco per 20. vel 30. annos, prohibere poteſt alios à piſcatione ibi facienda, juxta,* gloſſ. §. flumina verb. omnibus I. de R. D. Cæpoll. de S. R. P. c. 42. n. 4. *quamvis hoc tempore jus ſuum plenè non acquirat.*

Quando hæc præſcriptio currat.

CXXXII.

vol. 1. conſ. 70. n. 16. verb. Ob ſie aber wol den See mit dem groſſen Garn zu beziehen nicht befügt/ ſo muß doch ihnen ihr gebührlicher Vorfiſch und Zollfiſch/ wie ihnen der vor alters geben worden/ auch hinfürter/ ſo offt ein groß Garn auff der See/ und an ihrer ſeyten gehet/ gereichet werden/ dieweil alle Zeugen/ ſo von beyden parten vorgeſtellet/ dieß eintrechtiglich ſagen und bekennen/ das davon von B. und andern klagendē Geſchlechtern/ alle wege/ ſo lang als ſie gedencken/ vor ihr Antheil und Gerechtigkeit der Vorfiſch und Zollfiſch gegeben worden ſey etc.

CXXXIII.

Ius piſcandi ut præſcriptum, ita uſurpandum.

Circa ius hoc piſcandi benè notandum, quod is qui præſcriptione tanti temporis, cuius memoria non extat, eo iure uſus eſt, non poſſit aliis inſtrumentis quam tempore præſcriptionis factum, piſces extrahere, neq; etiam aliter piſcationem inſtituere. Modeſt. Piſt. d. conſ. 70. n. 10. verb. Und demnach ſo viel die klippen und andere von den Zeugen genante und erzehlte Inſtrument belanget/ achte ich davor/ daß die von B. ihre *poſſeſſion* gnugſam erweiſet/ und das ſie vermög derſelben wol fug haben/ die Plawe mit obgedachten Inſtrumenten zu beziehen und zu beſiſchen/ auch das die von W. ſie davon zu hindern nicht befugt/ und ſo ſie daran bißhero verhindert/ das ſie ihnen das *intereſſe* zu erlegen ſchuldig. Was aber das groſſe Garn belanget/ dieweil gar kein Zeuge iſt/ der da ſagte/ das ſich die von B. ie eines groſſen Garns gebraucht/ ſo achte ichs davor/ das die von B. ihre *poſſeſſion* und brauch in dem ſtück nicht erweiſt/ und derohalben auch daſſelbe vermöge dieſer Klage forder zu führen/ nicht fug haben. *Vide* Piſtor. d. conſ. 70. *quod totum de iure piſcandi conſcripſit, uti poſſidetis interdictum, ex hoc iure dari ſolitum*, l. 14. D. de injur. *prolixè exponens.* Dn. Klock. conſ. 29. n. 184. tom. 1. *ubi de iure piſcandi, venandi & ſimilibus maximè praxi inſervientia invenies.*

CXXXIV.

XIII. Ius venandi an præſcribi poſſit?

Reſtat ius venandi, quod ipſum cum nomine perpetua coloniæ Noſtris expreßè veniat, Cothm. vol. 2. conſ. 79. n. 26. 27. 28. 29. *paucisquoq; illud attingere libet. Maximè autem Doctores digladiantur, an*

huic juri præſcribi poſſit, Modeſt. Piſtor. conſ. 14 vol. 2. q. 2. pr. verb. Die andere Frag iſt ſehr *diſputirlich* / denn es ſeynd ihrer etliche der Meynung/ daß das jagen nicht könne *præſcribiret* oder verjährt/ noch durch einen langen brauch des Jagens erlanget werden etc. *Rationes quibus moti in hanc ſententiam iverint Dd. ibidem invenies, quibus hic reſpondere duco ſupervacaneum, cum paſſim ab aliis id factum ſit.*

CXXXV.

Ex generali tamen totius imperii conſuetudine huic iuri præſcribi poſſe aſſerit, Magnif. Dn. Caſpar. Klock. tom. 1. conſ. 50. n. 299. *ubi elegantiſſimè æquitatem præſcriptionis juris venandi ratione privatorum demonſtrat. verb.* An welchem allen dann umb ſo viel deſto weiniger einig zweiffel ob handen/ das ſolcher geſtalt / und *per eiuſmodi uſum*, das uhralte und allgemeine *ius gentium, quo omnibus indiſtinctè libera eſt venatio*, wiederumb eingeführet / und alſo *illud, quod ex conſuetudine vel præſcriptione regale fuit factum, contrario uſu ad non regale*, und alſo zu ſeiner uhrſprünglichē eigenſchafft/ welchē es anfangs gehabt/ *redigiret* und gebracht wird. Modeſt. Piſtor. d. l. n. 23. verb. Aber das alles ungeachtet/ achten wir es dafür / daß durch Verjährung wol könne eine gerechtigkeit des Jagens erlanget werden/ etc. Und hiezu bewegt uns/ ob gleich das Jagen *iuris gentium* ſeyn mag/ daß es dennoch an vielen Orten und faſt im gantzen Deutſchen Lande dazu kommen / daß man die Jagt auch vor eine Gerechtigkeit achtet/ etc. & n. 27. verb. Dieweil auch die Jagt von Käyſer/ Chur und Fürſten verliehen worden/ ſo folget auch / daß ſie möge verjähret werden. Quicquid enim poteſt acquiri privilegio vel beneficio principis, hoc etiā eſt præſcriptibile, ſecundū Felin. in c. accedentes n. 6. de præſcr. *Et ita de privilegio ad præſcriptionem arguit*, Panorm. conſ. 26. col. 2. n. 4. vol. 2. *De præſcriptione hac ratione principium* vide Tom. 1. Illuſtr. Germ. conſ. 16. n. 14. verb. Daß derhalben das *jus naturale* ſo viel die

Ex conſuetudine juri venandi præſcribitur.

und unerdenckliche Jahre zugeſtanden/ kan ſie derſelben von den Unterthanen nicht mehr genommen werden/ ſondern mögen die Unterthanen ihren Voreltern *imputiren*, das ſie ſich deren begeben haben/ und *præſcribiren* laſſen/ etc.

CXXXVI.

Requiſita ad hanc præſcriptionem ſunt 1. tempus cujus initii memoria non extat, l. 1. §. f. D. de aq. & aq. pluv. arc. l. 3. §. 4. D. de aq. cotid. & æſt. *cum ſervitus venandi ſit diſcontinua, & ſine facto hominis exerceri nequeat*, Gail. 2. obſ. 66. n. 7. Tom. 2. illuſtr. conſ. Germ. conſ. 16. n. 11. verb. Nach dem nun viel Ehrngedachter von Veſtenberg nicht allein 10. 20. 30. ſondern über 40. 50. Jahr und länger/ denn ſich Menſchen Gedächtniß zurück erſtrecken kan/ allezeit in unverwehrtem *continuirtem* Gebrauch / und *quaſi poſſeſſione* geweſt/ das *jus venandi* gehabt/ ſich deſſen gebraucht/ etc. ſo folgt ja hierauß/ etc. Modeſt. Piſtor. vol. 2. conſ. 14. n. 35. Es iſt aber gleichwol zu wiſſen/ dieweil es umb die Jagt alſo gelegen / das ſie nicht ſtets noch täglich getrieben werden kan / derowegen ſie *pro jure habente cauſam diſcontinuam* zu achten / das zu ſolcher *præſcription* 30. Jahr nicht gnugſamb/ ſondern das eine ſolche Zeit dazu gehöre/ deren Anfang kein Menſch gedencke. *Et tantum temporis ſpatium jura civilia & Receſſus Imperii requirunt de anno 1648. §.* Wo aber innerhalb Menſchen gedencken/ *ut ita 30. vel 40. annorũ ſpatiũ parum hic poſſit*. Dn. Richter. p. 1. deciſ. 21. n. 53. præjud. verb. So mag einer *Client* auff ſeinen beyden Gütern der Jagt und Weidewerck mit Hünerfangen/ zumahl wieder den *dominum directum* ſelbſten nicht anmaſſen/ alſo daß er auch zu ſeinem Behueff die gemeine verjahrung der Dreiſſig Jahr/ Jahr und Tag geſtalten ſache nach fürzuſchützen nicht berechtiget / V. R. W. Dn. Klock. vol. 1. conſ. 50. n. 296. verb. Jedoch und in beſtändiger erwegung / daß dis Orts das Schloß Dienſperg / die Jagens gerechtigkeit von undencklichen Jahren hero immerdar im rechtmeſſigen Brauch eſeſſen und herbracht/ als kan ihnen fürters das Weidewerck daſelbſt zu treiben/ nicht abgeſtrickt noch verwehret werden.

Requis. 1. ad jus venandi, tempus.

CXXXXII.

II. Requis. patientia adverſarii.

II. Requiritur ſcientia & patientia adverſarii: per patientiam enim &

vim & ſcientiam adverſarii inducitur quaſi poſſeſſio ſervitutis, adeoq́, patientia in incorporalibus pro traditione habetur, l. f. D. de ſervit. *Unde cautelam ſuppeditat* in d. l. Bartolus hanc: *libello articulato inſeri expreſſè deberi, actorem, ſciente & patiente ſuo adverſario, tanto temporis ſpatio, cuius initii memoria non extat, iure venandi uſum, & in ſylva vel nemore venatum eſſe.* Gail. 2. obſ. 66. n. 4. 5. Tom. 1. Illuſtr. conſ. Germ. conſ. 16. n. 14. Dn. Klock. tom. 1. conſ. 50. n. 267. *ubi hoc requiſitum latè & eleganter pertractat.*

CXXXVIII.

III. Requiritur etiam continuatio poſſeſſionis & bona fides. Et quidem poſſeſſionis continuatio adeò neceſſaria eſt, ut, ſive naturaliter, ſive civiliter interrupta fuerit, à tempore illo interruptionis præſcriptio de novo ſit inchoanda, l. 5. l. 30. D. de uſucap. *Verum de his requiſitis latius in ſuperioribus egi. Vide de iis dict.* conſ. 16. per totum. Adde quæ ſcripſi th. 80. th. 93. III. Continuatio poſſeſſionis.

CXXXIX.

Ubi præſcriptum ita eſt jus venandi, ut certa penſio inde præſtetur, ea quoq́, in poſterum perſolvenda. Ita autem hoc jus præſcribi poſſe conſtat, ex tom. 1. conſ. illuſtr. conſ. 16. n. 16. verb. gleicher geſtalt/ *ubi actores in eo ſeſe fundant, quod ſingulis annis uniformem penſionem domino ſylvæ præſtiterint. Adde* Cothm. vol. 2. conſ. 29. pr. verb. *ita ut reos certa & uniformi penſione &c.* Penſio ob jus venandi.

CXL.

Præſcripto jure venandi, procedit itidem illa regula, quod tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum: unde ſi quis jus lepores & vulpes venandi præſcripſerit, Haſen und Füchſe zu jagen und zu hetzen/ *illi venatio foreſtæ univerſalis ſive majorum ferarum minus rectè competit*, hat nicht macht auch das hohe Wildprecht zu fangen. *Sunt enim hæ ſpe-* Præſcripto jure venandi qualis venatio competat.

competunt, ſi quis in venatione turbetur, *vide* Gail. 2. obſ. 76. n. f. *ubi ſubjungit, probata ſervitute venandi ex temporis præſcriptione, qua ſententia definitiva proferatur. Adde eundem* obſ. ſubſeq. 67. *ubi pertractat illam quæſtionem, an dominus ſylvæ venatoriæ, grandes & annoſas arbores magno numero exſcindere, & ad quæſtum ſuum transferre poſſit, quam negativè decidit. Si enim jus venandi in aliena ſylva quis habeat, dominus nihil facere poteſt, quo id & venandi exercitium impediatur.* D. Richter. part. 1. deciſ. 16. n. 4. præjudic. verb. Ob nun gleich der Inhaber beſagten Kloſters nicht allein das Vieh auff die Huth zu treiben/ ſondern auch denen Leuten gegen einen Haferzins/ das ſtrew und moßrechen zu überlaſſen/ ſich unterſtehet/ dennoch aber vñ woferne dadurch der jagt gerechtigkeit die Ew. Gn. herrſchaft auff gemelten Wald/ von gedachtem Inhaber geſtanden wird/ ein mercklicher Abbruch geſchiehet/ in dem dem Wild an einem theil die Azung abgeſtricket/ am andern theil aber daſſelbige auß dem ſtand/ und an einen andern ort vertrieben wird: ſo iſt auch dahero das Kloſter Muldenfurt/ der Jagt zum Nachtheil/ den Wald mit Vich zu betreiben/ und das Strewrechen andern zu überlaſſen/ nicht befugt/ V. R. W.

CXLII.

Ius braxandi per perpetuarium

Iuri quoq; coquendæ cereviſiæ ſ. ut modo loqui ſolent, braxandi, tempore immemoriali in modum perpetuarii juris præſcribi poteſt, Berlich. p. 1. deciſ. aur. deciſ. 31. n. 7. Carpz. p. 2. conſt. 6. def. 4. n. 4. Franciſc. Pfeil. conſ. 202. n. 9. verb. Im Funffzehenden/ wann auch der E. und D. halben bedacht/ das die ſolche Brawnahrung ſo lange zeit hero/ welcher Anfang wol kein Menſch gedencken kan/ dieſ Ortes allein/ die A. aber dieſelben gar nicht gebraucht haben/ und alſo eine Verjahrung wolte angezogen werden etc. *quia verò* d. n. 19. *ratio dubitandi continetur, addendus fuerit* n. 87.

CXLIII.

Qui præſcribere huic juri poſſint.

Præſcriptione hoc jus acquirere poſſunt omnes, quib. facultas coquendi ſ. braxandi jure non eſt præciſa, quibusve ob familiæ ſplendorem ejusmodi mercimonium non eſt dedecori, ita de braxatione illuſtrium

Pfeil

Pfeil. d. l. n. 31: verb. Dann es iſt in gemeinen beſchriebenen Käyſerlichen und des Heyl. Reichs Rechten auß hochbewegenden Urſachen außdrücklich verordnet / das die jenigen / ſo mit Rittermäſſigen hendeln behafftet / darzu beſtellet ſeyn / ſollen ſich gemeiner gewerbſchafft uñ hendel enthalten / und hinwiederumb gemeine hendler uñ gewerbsleute ſollẽ ſich zu Rittermeſſigẽ hendeln nicht eiñdringen / juxta l. 3. Nobiliores C. de commer. & mercat. Et eod. conſ. n. 37. ſub fin. verb. Und zwar gibt die erfahrung in eines jeden Gewiſſen / das hohen Leuten ſolchen gemeine gewerb und Handthierungen nicht wolle anſtehen / etc.

CXLIV.

Quod a. de nobilibus aliisve natalium luce conſpicuis modo dixi, ita procedere aſſerit, Carpz. part. 2. conſt. 6. def. 4. n. 3. 4. & ſeqq. *niſi ex ſpeciali conceſſione aut privilegio, vel etiam præſcriptione hoc ius acquiſiverint; de cuius limitatione nonnihil dubito, cum per modos hoſce obiecti vilitas Illuſtrium reſpectu vix tolli queat: imo ſi mercatura hac adeò vilis eſt, ut nobilitas propterea amitti poſſit, uti ipſe* Carpzov. d. l. n. 10. 11. *fatetur, non video qui idem illud negotium quod uni nobilitatem detrahit, alteri eandem conſervare poſſit. Quid vi conſuetudine hodie inductum ſit, publicè notum eſt.* Quat. hoc procedat juxta Carpz.

CXLV.

De præſtatione ratione huius iuris penes Dd. nihil quidem hactenus reperire licuit, interim non dubito, titulo nullo prævio, præſtita aliqua uniformi penſione braxationem præſcribi poſſe, quod in iis locis maxime fieri poſſe arbitror ubi braxatoria ſunt communia, & magiſtratui aliquid inde ſolvitur; ibi ſiquidem qui legitimo tempore braxationem exercuit, conſuetam ſolutionem præſtando, ius hoc rectè præſcribit, & jure perpetuæ coloniæ ſe tuebitur. vide de hoc jure braxandi elegans conſilium laudati Franciſci Pfeil. Carpz. d. l. Rauchbar. p. 1. q. 12. Berlich. d. deciſ. 31. & Beſold. theſ. pract. voce Bierbrawen. Præſtatio reſpectu juris braxandi.

CXLVI.

Conſimile hiſce quæ pertractavi juribus, eſt jus vendendi potum cuius-

paſſe, canonē conſuetū den Kupenſchilling/ oppidi præfecto perſolvendo. Præſcriptio a. hæc non ab omnibus fieri poteſt; clerici ſiquidem cereviſiam vel vinam aliunde advehentes, & venale habentes, hinc arcentur, Simon. Piſtor. conſ. 3. per tot. quod ſane elegans & lectu dignum eſt. Idem late de Nobilib. aſſerendum demonſtrat, Franc. Pfeil. conſ. 202. paſſim.

CXLVII.

Et hæc de de variis coloniarum perpetuarum generibus ex practicis præſertim conquiſiviſſe ſufficiat. Si qua autē dentur alia jura præſcriptione & præſtatione uniformi adquiri ſolita, de iis jam facile judicium fieri poterit, præſertim ſi ex requiſitis ſupra expoſitis examinentur, ut præmonſtratore ulterius non ſit opus.

CXLVIII.

Mantiſſæ tamen vicem ſubire poſſunt, quæ poſt præmiſſa in mentem venerunt hæc 1. Quod dicitur in l. 2. C. ubi in rem. act. exerc. illum ſcil. qui alieno nomine poſſidet, nominando autorem lite eximi, non minus in colono perpetuo procedere, quam in emphyteuta, vaſallo, uſufructuario, modo rei vindicatione propter rem ipſam conveniatur, ſecus ſi actione in rem alia propter jus in re conſtitutum. Vide Ioach. Mynſ. cent. 2. obſ. 58.

CLXIV.

Alterum de decimis eſt, ad laicos hodie tranſlatis; in iis ſcil. juri colonario quoq; locum eſſe, cum præſcribi & in emphyteuſin vel feudum concedi poſſint, ita tamen hoc verum fuerit, ſi juris colonarii requiſita ſingula intervenerint. Adde eruditam diſſertat inaugural. de jure decimarum ſub Venerand. Dn. Fratr. præſidio habitam. th. 30. 36.

CL.

Nihil nunc reſtat: illud modo abs te benevole Lector impetrare liceat, ut ſicubi impingentem videas, benevola interpretatione ſubvenire mihi ne graveris; idq; eò facilius me impetraturum confido, quod in tuis dijudicandis ita eſſe aſſueverim.

Ago jam merito

IMMORTALI DEO
IMMORTALES GRATIAS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE